



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Ph. U.

191

8

Fiche

Phil. Un.  
19<sup>th</sup>

Freysach

Fiche



BIBLIOTECA  
REGIA  
MONACENSIS.





# **Philosophia cabbalistica**

## **Pantheismus.**

---

**Ex fontibus primariis adumbravit atque inter se  
comparavit**

***Dr: M. Freystadt.***

---

**Regimentii Prussorum,  
in commissis apud fratres Borntraeger.**

**1832.**

102.7

*Know then thyself, presume not to God to scan,  
The proper study of mankind is man.*

Pope, Essay on man. Ep. II.

*De ce vaste Univers atome imperceptible,  
Crois-tu que l'Infini devait t'être accessible?  
Dans tes projets hautains il n'est point de milieu,  
Tes destins sont d'un homme, et tes vœux sont d'un dieu.*

Poésies diverses par Frederic le Grand.



**V i r o**

**illustrissimo, excellentissimo, doctissimo**

**Joh. Frid. Herbart,**

**philosophiae Doctore, philosophiae et paedagogicae Professore  
publico ordinario, augustissimo Borussorum regi a consiliis  
scholasticis etc.**

**V i r o**

**illustrissimo, excellentissimo, doctissimo**

**Petro a Bohlen,**

**philosophiae Doctore, linguarum litterarumque Orientalium  
Professore publico ordinario, Asiaticae Londini societatis  
sodali etc.**



**praeceptoribus in academia Albertina**

**et**

**fautoribus summe semperque colendis**

**hocce**

**primum studiorum specimen**

**gratissimo animo**

**d. d. d.**

**auctor.**

## **P r a e f a t i o.**

**P**ost Kantii tempora et Iacobii, per quos hominibus certe maximum interesse discrimen inter philosophiam et theologiam clare elucebat, theosophiam hyperphysicam modestae quidem contemplationis loco rursus regnaturam esse; hanc porro theosophiam eius generis futuram, ut in deum personalem animorumque personalem immortalitatem fides vulgari intellectui relinquatur, philosophis autem iam hac in vita Absoluto intuendo summa promittatur beatitudo; hoc modo denique Criticismum, antiquiore scholasticismo quum in universum, tum maxime Leibnitz-Wolfiano dogmatismo delieto, doctrinam scholasticam dogmaticamque multo periculosiorem ex sese geniturum esse: haec sane omnia vix credi possent, nisi experientia satis superque doce-

rentur. Ex methodo enim recentiore non modo philosophiam propriam sed ad unam omnes scientias rationales ab uno principio reali, quod sit deus sive Absolutum sive aliud quidpiam huius modi, derivandas esse quis nescit? Hac via phantasiam in mentis locum successisse, itaque illum Francogallicorum, qui vocantur, encyclopaedistarum atheismum ieiunum in poeticum quendam mutatum esse quis ignorat?

Ne vero talia systemata carerent auctoritate, non solum ad Platonem, Aristotelem, Spinozam, Iordanum Brunum, alios similes, sed etiam ad veterem mythologiam, mysticismum, emanatismum, quippe quibus illa contineri putarentur, recentiores philosophi provocarunt. Attamen quod inter illa systemata et has cosmogonias posteriores similitudines quaedam intercedunt, neque veri argumentum esse — nisi forte logice recentior petitionem principii non curet — neque ipsis honori verti potest; quod autem hae omnes ita cum illis confunduntur, ut una cum illis fatalismi irreligiositatisque

a multis viris, nominatim a laesche (in libro, qui est de pantheismo) insimulentur, hoc sane aequo animo ferre non decet. Sed quod huius rei habito respectu de harum unaquaque dici potest, ad me hîc non pertinet; equidem emanatismum, eumque cabbalismum solum specto.

Huius igitur, quod non nisi adumbratio adhuc considerandum est, opusculi consilium duplex est: primum, ut Cabbala non e recentioribus commentariis, sed e fontibus primigeniis, praesertim Soharicis hauriatur; ad quem laborem suscipiendum etiam Schellingius admonet \*): deinde, ut inter eam atque pantheismum quum similitudo, tum praecipue differentia intelligatur. Unde titulus iste mihi ortus est: Philosophia cabbalistica et Pantheismus, quum illam hoc minime contineri putarem. Etiam si autem hoc ex libello nullus fortasse pantheismo in universum percipiatur fructus, partim tamen hocce de ceteris omnibus

---

\*) Conf. Ueber die Gottheiten von Samothrace, p. 108 et 109.

philosophiae cabbalisticae descriptionibus, quae hucusque numquam ex primordiis fontibus, quippe idiomate difficili ac sine ordine systematico scriptis, sed ad summum ex illo R. Cohen Irirae libro „Porta coelorum“, ideis Aristotelicis referto, haustae sunt, longe decedens periculum facere, partim incautum illud placitum, quo ad hoc tempus a diversis philosophis, ut ab Henrico Moro, Iacobio, Schellingio, Jaesche aliisque, Cabbala cum pantheismo, tamquam sive inhaerentiae sive emanationis systemate, identificata est, quodammodo aperire non prorsus nihil interesse crediderim.

Quod ad primum meum consilium peragendum attinet, hoc mihi eo facilius contingere potuit, quum inde a pueritia ad annum usque septimum decimum ita s. s. theologiae Iudaicae vacarem, ut non nisi Hebraicis Chaldaicisque litteris, et praecipuis Talmudis aliorumque huic similium librorum instituerer mysteriis. Quapropter non perdifficile mihi esse potuit, ante omnia tres libros Saharicos, qui sunt com-

mentarii in Pantateuchum, Tikkune Sohar, — liber enim, qui inscriptus est Sohar novus (סוהר חדש), brevis tantum ceterorum repetitio est — Sêfer Iezirah perlegere, et tantos plerumque claros locos in ordinem systematicum redigere, quanti ad philosophiam cabbalisticam adumbrandam necessarii videbantur. Aliis scriptis uti non opus esse duxi. Nam omnes fere, qui mihi noti sunt, commentatores ad summum ad Knorrii Cabbalam denudatam confugerunt, qui tamen liber, praeter aliquos recentiores commentarios, inter hos etiam illam Portam coelorum, paucos admodum eosque omnium obscurissimos difficillimosque locos Soharicos in linguam latinam translatos amplectitur atque illustratos. Sed de hac re plura in ipso opusculo offeruntur. Haec duo tantum addere volo: primum, ne lector benevolus miretur, quod locos Semiticos, qui hoc in specimine citati sunt, in latinum sermonem conversos non reperit; is enim, qui linguas Orientales intelligit, facile eos ipse convertere poterit; qui vero

earum est ignarus, ei textus ipse latinus sufficiet. Deinde, ne quis de Cabbalae origine aliquid novi certique hic sese inventurum esse credat; haec enim ardua doctorum controversia neque loci angustiarum causa hic tractari potuit, nec ad meum consilium necessario pertinet. Satis est, si ad systema cabbalisticum quodammodo componendum iis libris usus sum, qui ab omnibus ad unum primarii atque originales existimantur.

Quod tandem ad alteram quaestionis partem consequendam attinet, profecto me in describendo et diiudicando saltem pantheismo scholarum praesertim recentiorum philosophicarum adseclis displiciturum esse video. Nam haudquaquam nescio, recentiores philosophos, quamquam illud „ἐν καὶ πάν“ semper in ore habeant, nihilominus tamen pantheistas, ne dicam atheistas se iudicari nolle; id quod exempli gratia Hegelius pluribus locis aperte contendit \*). Sed

---

\*) V. Encyclopädie der philos. Wissenschaften (Heidelberg 1830). p. 60, 88, imprimis p. 583 seq.

tamen cui, quemadmodum nomen dei nunc hanc nunc illam, numquam autem numinis summo intellectu summaque libertate praediti significationem in hisce scholis accipiat, haud ignotum est, is sane talibus verbis falli non potest. Et profecto omni severo philosopho, sicut olim Catoni severo, vigilandum est, ne euphemismis decipientibus „vera rerum vocabula“ perdantur. Ubi enim hoc fit, mirum non est, quod verbi causa secundum Hegelium Spinozismus acosmismi, imo monotheismi nomine honoratur. Equidem primum cum Kantio, Iacobio similibusque deum non caecam rerum naturae radicem, sed summam intelligentiam personalem esse pono; tum ea systemata nomino pantheistica, ex quibus, ut sine deo nullus est mundus, ita sine mundo deus non sit. Ab his duobus placitis profectus, alterum huius libelli consilium persecutus sum.

Iam igitur propter has sumptiones facile fieri queat, ut iis, qui via Kantiana relicta theosophiae potius se dediderunt, valde displiceam. At vero, etiamsi neque ea, quae



de pantheismo in universum, neque ea, quae de eius atque Cabbalae differentia dico, agnoscant; tamen non nimis mihi ab iis succenseri aequum est, quum eam doctrinam — de cabbalismo enim loquor — e primis fontibus illustrare susceperim, quae, ut ipsorum, omnem philosophiam ab uno reali principio derivat.

Postremo, quin permulta hoc in opusculo vituperanda sint, haud dubium est; habet autem res aliquid excusationis, quod hanc primam tantum esse rudem adumbrationem religiose confirmo. Ac, si viri docti hanc operam meam non plane perditam esse iudicaverint, et tempus conditioque mea permiserint, partim eam et emendare et, quoâd eius fieri poterit, meliorem reddere, partim vernacula lingua adhibita fusius exponere mox libentissime studebo.

Scrpsi Rëgimontii Prussorum, die VII  
Septembris mensis 1832.

## S u m m a r i u m.

---

*Introductio.* . . . . . pag. 3

### Sectio prima. Philosophia cabbalistica.

*Caput primum.* Notitiae universales de cabbalismo praemittendae . . . . . 10

*Caput secundum.* Philosophiae cabbalisticae doctrina primaria . . . . . 18

*Caput tertium.* Philosophiae cabbalisticae doctrina secundaria . . . . . 50

*Caput quartum.* Philosophiae cabbalisticae in Christianismo et Mohammedanismo vestigia . . . . . 57

### Sectio secunda. Pantheismus.

*Caput primum.* Cogitationes de pantheismo generales . . . . . 65

*Caput secundum.* Pantheismus materialisticus . . . . . 71

I. Ionici de natura philosophi . . . . . 72

II. Aristoteles . . . . . 76

III. Stojcorum de naturâ philosophia . . . . . 78

IV. Iordanus Brunus. . . . . 80

*Caput tertium.* Pantheismus idealisticus . . . . . 82

I. Indorum philosophia . . . . . 84

II. Neo-Platonismus Alexandriaus . . . . . 87

III. Doctrinâ Fichtiana . . . . . 90

IV. Doctrina Hegeliana . . . . . 91

#### XIV

<i>Caput quartum.</i>	<b>Pantheismus dualisticus . . .</b>	<b>pag. 94</b>
	<b>I. Spinozismus . . . . .</b>	<b>95</b>
	<b>II. Absolutae identitatis systema Schellingianum . . . . .</b>	<b>98</b>
<b>Sectio tertia. Philosophiae cabbalisticae cum pantheismo comparatio et utriusque diiudicatio.</b>		
<i>Caput primum.</i>	<b>Philosophiae cabbalisticae cum pantheismo similitudo . . .</b>	<b>101</b>
<i>Caput secundum.</i>	<b>Inter philosophiam cabbalisticam et pantheismum differentia . . . . .</b>	<b>112</b>
<i>Caput tertium.</i>	<b>Philosophiae cabbalisticae diiudicatio . . . . .</b>	<b>119</b>
<i>Caput quartum.</i>	<b>Pantheismi diiudicatio . . .</b>	<b>129</b>
<i>Conclusio universalis . . . . .</i>		<b>143</b>

---

# E m e n d a n d a.

Pag.	lin.	8	inf.	loco	sanitissimum	lege	sanctissimum.
-	11	-	3	-	Bixnerum	-	Rixnerum.
-	14	-	15	-	pauvoir	-	pouvoir.
-	21	-	2	-	והנוצרים	-	והנוצרים.
-	27	-	2	-	lezerah	-	lezirah.
-	28	-	11	-	והחריבו	-	והחריבו
-	29	-	9	-	דלית	-	דלית
-	42	-	3	sup.	seno	-	sene
-	-	-	8	inf.	יאמר	-	יאמר
-	48	-	3	-	בחדר	-	בחדרי
-	55	-	8	sup.	recentiores	-	recentiores.
-	74	-	5	inf.	gubarnatque	-	gubernatque.
-	80	-	9	-	efficens	-	efficiens.
-	84	-	1	-	Atharraveda	-	Atharvaveda.
-	119	-	6	-	poterit	-	poterunt.
-	139	-	4	sup.	illae	-	illius

Leuiores operarum errata, in dirimendis vocabulis im-  
primis, ut pag. 5. lin. 3 inf. agnoscerent pro agnoscerent,  
commissa lector benignus haud aegre ferat peruelim.



**Philosophia cabbalistica**  
**et**  
**Pantheismus.**



## Introductio.

---

**Si sub nomine dei proprie nihil nisi summa intelligentia subaudiatur — id quod solum hominum maxime interest —, ita ut haec notio ne deismo quidem adscribi queat \*): omnes, quae sunt de illo, sententiæ in has quinque classes redigi possint.**

**Nam aut nulla est summa intelligentia,  
1) systema atheismi;**

---

\*) „Da man unter dem Begriffe von Gott nicht etwa bloß eine blindwirkende ewige Natur, als die Wurzel der Dinge, sondern ein höchstes Wesen, das durch Verstand und Freiheit der Urheber der Dinge sein soll, zu verstehen gewohnt ist, und auch dieser Begriff allein uns interessirt, so könnte man, nach der Strenge, dem Deisten allen Glauben an Gott absprechen, und ihm lediglich die Behauptung eines Urwesens, oder obersten Ursache, übrig lassen.“

Kant, Kr. d. r. V. 7te Aufl. p. 489.



aut est, ita tamen, ut aut una eademque sit  
atque omnia, quae metaphysice existunt in  
universum;

2) systema pantheismi;  
aut non sit una eademque, sed aut sit aeter-  
num vivendi principium, quod materiae  
aeternae inhaeret atque mundum gubernat,

3) systema hylozoismi;  
aut sit excelsa diversaque a materia, ita  
tamen, ut aut coëxistat summa intelligentia  
cum materia sibi subordinata,

4) theismus Platonicus;  
aut sit aeternum creandi principium et causa  
primaria omnis et spiritualis et materialis  
existentiae,

5) systema theismi κατ' ἐξοχήν.

Atque hoc modo notio pantheismi, huius,  
secundum dictum Krausianum, germani Pro-  
tei, certum suum locum habeat; itaque et  
emanationis systema in universum et sepa-  
ratim cabbalismus illi subordinari possit,  
quum utriusque textus communis: „ἐν καὶ πᾶν“  
ad unam eandemque notionem, nimirum ad  
summam intelligentiam pertineat, et modo

emanatismus alia certa quaedam forma pantheismi sit.

Atqui non modo haec postrema notio, sed etiam nomen dei, omnino sic in scholis usitari solet, ut a philosophis ad vulgus tamquam confugisse, et istis, scilicet certis solum quibusdam, vaticinium illud Lichtenbergii notissimum: „mundum nostrum aliquando tam fore eruditum, ut tam ridiculum futurum sit, deum credere, quam hodie spectra“ reliquisse videatur unicae consolationi. Quod praecipue videri potest et apud Spinozam, qui, quum omnino intelligentiam non naturae naturanti, sed naturae naturatae adnumeret, haudquaquam nomine saepissime usitato dei numen illud sanitissimum significari vult, et apud Schellingianam Hegelianamque scholam, quae quidem omnia fere theologorum dogmata suo pantheistico modo interpretari contendit, sic vero, ut eorum auctores, si reviviscerent, vix ea agnoscerent. Quo factum est, ut multis, et quidem iure, pantheismus ab atheismo nomine

tantum distingui videatur. Et revera, quid interest inter eum, qui deum quasi summam intelligentiam mundum gubernare negat, sed mundum ipsum esse deum etsi non tanquam intelligentiam, et inter eum, qui deum esse omnino prorsus negat? Nisi forte hic sub deo summam aeternamque intelligentiam, alter vero caecam quandam radicem rerum naturae subaudire velit. Tum autem nomine quidem, sed non re inter se discrepant. De hac re tamen loco suo.

Quum igitur res sic se habeat, ut inter pantheismum et atheismum discrimen fere sit nullum, itaque eum, quem supra illi inter systemata diversa philosophico-religiosa adsignavimus, locum nunc rursus non certis suis finibus circumscriptum esse videamus; quum porro hac notionum permixtione non modo emanatismus in universum — id quod saepe defendi potest — sed etiam cabbalismus (fortasse quia etiam nomine illo honoratus est) una cum pantheismo, et, quod hic idem fere est atque atheismus, una quoque

cum hoc irreligiositatis fatalismique a multis, ac nominatim a cel. professore Jaesche (in libro, qui est de pantheismo) accusari soleat: omnibus viribus contendam, ut accuratissime, si non emanationis systema unumquodque, certe tamen cabbalismus plane a pantheismo internoscatur.

Ut vero hoc, nimirum respectu cabbalismi — et fortasse etiam respectu aliarum aliquarum emanatismi formarum — diligenter fieri queat, primum necesse est, ut philosophiam cabbalisticam non ex Mori, Helmontii, Kleukeri, aliorumque hujus generis fontibus (qui revera, aliis multis Cabbalae maxime dissimilibus hypothesibus adhibitis, non genuinum ac merum, sed — id quod infra demonstrabitur — falsum quendam pantheisticum cabbalismum praebent) — verum ex libris originalibus ipsis hauriamus. Quem ad finem veteribus, nominatim Soharicis libris et quidem — non singulis locis, sicuti exstant perpauca, tamquam millesima pars librorum omnium Soharicorum, apud Knorr-ium, in „Cabbala denudata“, sed — et tribus

omnibus libris Soharicis, qui sunt commentarii quidam in Pentateuchum atque inter alios permultos locos philosophicos etiam „librum mysterii“, „Idra rabba“, „Idra sutta“ — quae omnia sunt unica apud Knorrium — continent, et supplementis libri Sohar, ac libro Jezira denique ita utemur, ut, etiamsi sint unici fontes, ex quibus omnis philosophiae cabbalisticae haurienda est cognitio, tamen propterea, quod partim usitatum illum Orientalibus morem accommodandi sacros textus ad materias diversas philosophicas saepissime conservatum exhibent, partim hieroglyphico et allegorico modo ita scripti sunt, ut Oedipo ad eos intelligendos lector opus habeat, etiam recentioribus, qui illam philosophiam eandem quidem sed clarius tradiderunt, interpretibus adtentionem nonnumquam praebeamus. Atque haec est prima huius libri sectio.

Tum sequitur descriptio pantheismi; brevis quidem, sed, ut puto, satis integra et magna ex parte ex fontibus hausta. Atque haec est sectio secunda.

Sed in his duabus sectionibus plerique loci ad systemata et cabbalismi et pantheismi proponenda aptissimi sic maxima ex parte eliguntur, ut — id quod in tertia sectione denique fit — et eorum inter se comparatio, et utriusque diiudicatio quasi sua sponte proficiscantur.

---

## Sectio prima.

*Philosophia cabbalistica.*

## Caput primum.

*Notitiae universales de cabbalismo praemittendae.*

Quamquam a Criticismi auctore monitus, ut definitio unaquaeque opus potius finiat quam incipiat; tamen, ne error a multis in Cabbala tractanda statim initio commissus etiam huic labori se insinuet, iam hoc loco certo eius nominis rationem habendam esse putaverim.

Nomen Cabbalae derivari a voce hebraica **קָבַץ** (accepit) et proprie idem esse quod acceptio, notissimum est. Sed multi sunt, qui hac notione non modo doctrinam quandam mysticam, verum etiam — fortasse quod nihil accipi potest, quod non sit traditum — omnem traditionem Judaeo-

rum oralem comprehendunt; quo fit, ut permulta apud eos vitia irrepan<sup>\*)</sup>), quae accuratiori rei cognitione facile vitari possint. Res autem sic se habet. Constat inter omnes rabbinitas, Mosem non modo legem scriptam, quae vetere testamento continetur, sed etiam oralem in monte Sinai accepisse, ita ut haec posterior, a Mose usque ad synagoges magnae tempora, id est ad secula nonnulla post captivitatem Babylonicam in ore singulorum propagata, origini Talmudis, qui duabus partibus, Mischna et Gemara, compositus est, materiem praeberet. Tunc sane igitur acceptio (קבלה) idem significavit atque traditio (מסרה); id quod inprimis ex libro quodam misch-naico plane elucet <sup>\*\*</sup>). Quum autem una cum magna synagoge legum oralium suc-

---

<sup>\*)</sup> Id praecipue fit apud Bixnerum in: *Histor. philos. T. II. L. II.*, apud Lightfoot. *T. I. p. 517*, denique apud Bixnerum in: *Geschichte d. Philos. (Handbuch) Band I. p. 322*.

<sup>\*\*</sup>) Initio libri Pirke aboth (פרקי אבות) legitur: משה: קבל חורה מסיני ומסרה ליהושע etc.



cessio propria desivisset, Cabbala sive acceptio etiam desivit, et modo Massora, sive traditio ad leges acceptas populo explicandas, relicta fuit. Ex quo tempore maximum intercessit discrimen inter Cabbalam et Massoram — quae notiones ab auctoribus nota superiori memoratis commutatae esse videantur —, ita ut haec leges orales, illa vero theosophiam quandam propagaret. Quod etiam luculentius intelligi potest ex eo, quod circa seculum secundum ante Christum natum praeter scholam quandam philosophicam duae erant aliae, massoretica et cabbalistica. In schola enim massoretica partim sacris scriptis interpretandis, partim traditionibus ex iis clarissimo verborum sensu collectis, in schola contra cabbalistica doctrina de deo mundoque arcana ex litteris veteris testamenti artificialiter conclusa occupatum est \*). Ergo cavendum est, ne quis sub Cabbala traditio-

---

\*) Conf. Geschichte d. Israeliten v. Jost, Berlin 1822, 3ter Theil p. 33 etc. et in appendice p. 118.

nem oralem unquam subaudiat, quum haec permixtio quum aliorum vitiorum tum sententiarum de origine Cabbalae varietatis occasionem dederit.

Non modo enim Judaei, verum etiam Christiani, qui miros sibi pro Cristiana religione astruenda thesauros promittunt ex Cabbala depromendos eruendosque, inveniuntur, qui philosophiae cabbalisticae originem ab antiquissimis temporibus trahunt. Nunc Adamo, nunc Abrahamo, nunc Mosi, nunc Esdrae aliisque viris sanctis illa tribuitur. Etiam si vero nihil certissimum de eius antiquitate dici possit, tamen illam quidem opinionem falsam esse, plus est quam verisimile. Nam sicuti omnis fere religio initio quidem paucas admodum, pulcherrima simplicitate ornatas omnibusque clarissimas sententias amplectitur, postea autem, quum variis artificiiis litteratis adhibitis doceatur, theologiam ex sese tamquam generare videtur — id quod praecipue e Christianae theologiae ortu videri liceat —: ita etiam reli-

gio Judaeorum, si et legibus ritualibus et sententiis serius additis nudetur, purissimam continet doctrinam et dogmaticam et moralem \*). Postquam igitur illi, quos modo nominavi, viri sancti iam dudum mortui erant, tum demum, et quidem brevi ante templi eversionem ac postea philosophia, quae vocatur, Judaica orta est. Haec vero duplex erat, exoterica et esoterica, ut illa fere cum theologia coincideret,

---

\*) „Plus je considere ma religion, mon cher Isaac, et plus je la trouve admirable et magnifique. Un seul dieu, createur du ciel et de la terre, être intelligent et puissant, qui gouverne et meut tout l'univers par son pauvoir, et qui punira les méchants et recompensera les bons. Ces méchants, qui sont-ils? Ceux, qui font à autrui ce qu'ils ne voudroient pas qu'on leur fit à eux-mêmes. Et ces bons, quels? Ceux qui, non contens de ne faire nul mal à personne, pratiquent encore envers leur prochain ce qu'ils voudroient que leur prochain pratiquât envers eux-mêmes, comme mon ami le monotheïte l'a très-bien exprimé dans ce seul vers,

Quae tibi vis fieri, facias. Haec summula legis.

Voilà toute notre religion, mon cher Isaac. Tous les préceptes en sont compris dans ce peu de lignes. Tout ce que nos rabbins y ont ajouté de plus peut être regardé, si l'on veut, comme inutile et superflu.“

Lettres Juives par Marquis d'Argens. T. IV. p. 275—276.

haec contra esset doctrina arcana atque mystica. Uno verbo, haec posterior est philosophia cabbalistica, quae ab exotericis et communibus ecclesiae Judaicae doctrinis distat quam longissime. Num vero haec philosophia mystica a Graeca quadam, an ab Alexandrina, an denique ab antiquo quodam Orientis systemate profecta sit, haec magna est virorum doctorum disceptatio neque, ut crediderim, ad rem multum valeat. Satis est, si sciamus, eam haud multo ante Chr. n. ortam esse, et secundo demum seculo p. Chr. n. illos libros scriptos, qui sunt fere unici fontes, ex quibus omnis doctrina cabbalistica haurienda sit: scilicet omnes libros Soharicos librumque Jezirah, quorum posterioris auctor est R. Akiba, priorum autem R. Simon Jochaides. —

Quod porro ad Cabbalae historiam attinet, certum est, eius studium a seculo tertio p. Chr. n. usque ad seculum decimum fere esse neglectum. Inde vero florere coeperat auctoritatemque suam obtinuit usque ad hodiernos dies. Inter eius

vero commentatores scriptoresque memorabiles sunt: partim Judaei: R. Isaac Loria, R. Moses Corduero, R. Cohen Irija alii-que innumerabiles, partim Christiani: Picus, Reuchlinus, Morus, Knorrius, Helmontius, Wachterus aliique. Quantum tamen suarum quisque opinionum textui originali addiderit, nulla dici potest certitudine. —

Restat, ut de Cabbalae divisione pauca addamus. Cabbala modo in litteralem sive verbalem et realem, modo in artificialem et inartificialem, modo etiam in symbolicam, theoreticam et practicam dividi solet. Optima tamen et logicae rei que aptissima Iudaeorum mihi videtur divisio. Divident enim illam in theoreticam (עיונית) et practicam (מעשית). Ne autem hoc loco de usitata in theoreticam et practicam philosophiae divisione cogitetur, notandum est, Cabbalam theoreticam quidem systema philosophicum quoddam mysticum, practicam contra non, ut in aliis systematibus, disciplinam moralem, sed mirabilium naturaeque ordinem superantium rerum efficiendarum

scientiam promittere. Haec posterior nihil ad nos. Quod vero ad illam theoreticam pertinet, admirari non debemus, quod, quum cabbalistae omnia sua dogmata ex sacris scriptis extorquere vellent, variis formis symbolicis artificialibusque usi sunt; in quarum numerum in primis referendae sunt illae, quae nominantur, formae Gematriae, Notariki, Temurae, quas singulatim explicare huius loci non est. Si igitur haec divisio cum ceteris, quas modo appellavi, comparetur, intelligi licet, Cabbalam theoreticam et reali et litterali sive verbali et artificiali et inartificiali et symbolica contineri, ita ut realis sive inartificialis, praecipue in primis scriptis cabbalisticis, ad litteralem sive verbalem sive artificialem sive denique symbolicam eandem habeat relationem, atque argumentum ad formam. Quum vero hanc scribendi formam singularem intelligere ei tantum necesse sit, qui fontes primarios ipse addiscere vult, hic proprie Cabbala realis sive philosophia cabbalistica sola respicitur.

## Caput secundum.

### *Philosophiae cabbalisticae doctrina primaria.*

**Q**uum vel in iis systematibus philosophicis describendis, quae sunt luce clarius ab auctoribus scripta, alius alium sensum nonnunquam extorquere studeat — id quod praecipue ex diversis Spinozismi commentariis patet, qui quidem, more geometrico, verbis planissimis est propositus — mirum sane non est, quod in philosophia cabbalistica tractanda permultum a scriptoribus peccatur. Nam scripta vetera cabbalistica, ex quibus proprie totum systema hauriendum est, ut Sohar, liber creationis etc., omni claritate omnique ordine ita plerumque carent, ut, etiamsi eius causa partim in more Orientali in universum, partim in sacrorum textuum ad varias materies philosophicas accommodandorum consuetudine sita esse videatur, tamen difficillimum sit, doctrinam eruere perspicuam textuique consentaneam. Itaque omnes fere scriptores non ad veteres, sed ad recentiores,

qui sunt clariores, fontes confugiunt. Quod vero hi recentiores commentatores illi maxima ex parte obscuro textui multas peregrinas hypotheses affinxerunt, non modo ex comparandis variis systematibus cabbalisticis, quae sunt partim a Iudaeis, ut Loria et Irira, partim a Christianis, ut Henricus Morus, F. M. Helmontius, Wachterus, Kleukerus, composita, sed etiam ex confessione omnium fere historiographorum philosophicorum satis superque elucet. Maxima igitur afficimur admiratione, quod iidem non ad primarios genuinosque fontes provocant, verum semper recentiorum scriptorum vestigia premunt (id quod verbi gratia fit apud Bruckerum, Tiedemannum, Tennemannum aliosque); nisi forte facilius sit, clariores etsi falsos, quam obscuros etsi veros libros interpretari.

Unde necesse esse mihi visum est, ut in philosophia cabbalistica doctrina primaria distinguatur a secundaria, illaque eam significet, quae ex veterum scriptorum claro verborum sensu late patet;



quare opus est, ut non modo ad Idra rabba, Idra sutta etc., quae sunt omnium obscurissime scripta, sed etiam, quoad eius fieri potest, ad alios clariores locos plerumque Soharicos respiciatur. Hic itaque sequuntur philosophiae cabbalisticae enuntiationes primariae, ad quarum singulas confirmandas locos veteres originarios, et plerumque Soharicos elegi, quo nonnumquam recentiores accesserunt insuper \*).

---

## I.

Deus oportet ex duabus partibus apprehendatur: ex una parte, quatenus notus et manifestus est nobis respectu mundorum;

---

\*) Haec duo lectori benevolo notari pervelim: primum, quod veterum librorum, quibus in Cabbala tractanda usus sum, sunt 1) tres partes Soharicae, editione Amstelodamensi, 2) Tikkune Sohar, editione Sklowiana. 3) liber Iezirah, ab Rittangelo editus; secundum, quod, quum in libris Soharicis semper fere rotundae sive Raschii litterae adhiberi soleant, hoc in libello tamen eae propter facillorem comprehensionem in quadratas mutatae sunt, ita tamen, ut ille textus Chaldaicus scriptura minuscula ab altero Hebraico vel extrinsecus internoscatur.

ex altera parte vero, quod ipse absconditus et reconditus est nobis et aliis omnibus respectu essentiae et quidditatis suae, ita ut nulla plane in eo sit apprehensio nec ulla omnino notio. Antequam enim creavit ideam in mundis et formavit figuram, ipse erat solus absque forma et similitudine. Nemo igitur illum, si mundorum manifestarum rationem non habeat, cognoscere potest, quum sit absque omni idea sive figura \*).

\*) Tikkune Sohar, f. 18, col. 2: פתח מליחור דאמר רבון עקמת דאנת דווא חד ולא בחושבן אנת הוא עלאך על כל עלאך מחימא על כל סחימין לית מתשבה תפיסא כך כלל אנת הוא דאפיקת עשר תקונין וקרינן לון עשר ספירן לאנהג' בהון עלמין סחימין דלא אחגליין ועלמין דאחגליין ובהון אתכטיאת מבני נשא • ואנת הוא דקשיר  
Hac pertinet commentarius quidam ad locum antecedentem, qui est apud Rittangelum in eius libro  
והנה הם שני חלוקות: Bezarah, p. 167—168: בבחינת ההשג' באין סוף ברוך הוא דהיינו חלוקה אחת שהוא נגלה ונודע לנו מצד הנעשים וחמוצרים והנבראים והנמצאים ידיעה מבוררת וגלויה כאלו הוא לנגד עינינו

## II.

*Ex parte haud manifestata deus vocatur  
senex senum sive senex dierum et occultus*

ונכוח פנינו וחלוקה שנית שהוא נעלם  
ונסתר מצד עצמותו ומהותו ברוך הוא עד שאין  
בו שום השגה וידיעה כלל וכמו שאמר  
פילסוף אלהי חכלית שנרעך הוא שלא  
נדעך ועל אלו שני חלוקות אמר אליהו  
דאנת הוא כמתנצל דבר רוצה לומר מה  
שקראתיך רבון עלמין בשם חואר כאלו  
השגתיך הוא סצד דאנת רוצה לומר שאתה  
נודע ונגלת לנו מצד הנבראים שהם  
העולמות כאלו אתה לנוכח עינינו ונגד  
פנינו ועל חלוקה שנית שהוא נסתר מהשגת  
השכל מצד עצמותו אמר הוא שהוא כנוי  
לנסתר ולהנעלם: Item Soh. p. 2. f. 42. col. 2:

אל מי תדמינו ואשור דהא קדם דברא דיוקנא בעלמא  
וצייר צורה דורה הוא יחידאי בלא צורה ודמיון ומאן  
דאשתמודע ליה קדם בריאה דאיהו לבה מדיוקנ' אסור  
למעבד ליה צורת ודיוקנ' בעלמא ל' באות ה' ולא  
באות י' ואפילו בשמא קדיש' ולא בשום אות ונקודה  
בעלמ' וחאי איהו כי לא ראיחם כל תמונה מכיל

occultorum; ex parte autem manifestata  
appellatur principium principiorum sive  
causa causarum \*).

### III.

Quatenus deus per se omnibus entibus  
neque aequalis neque similis atque omnino.

דבר ראיה ביה תמונה ודמיון לא ראיתם \* . . . . . ווי  
לידה מאן דישדה לידה לשום מדרג \* ואפילו מאלין מדרג  
דיליה \* כל שכן לבני האדם אשר בעפר יסודם \*

חאליא \*) Soh. (Idr. r.) p. 3. f. 128. col. 1 et 2.:  
בצניעותא דספר \* עתיקא דעתיקין סתרא דסתרין טמיר  
דטמירין \* אחתקן ואזדמן \* (פי' כלומר אשתכח ולא אשתכח \*  
לא אשתכח ממש אבל אחתקן \* ולית דידע לידה משום  
דהוא עתיק דעתיקין \*) כחד סבא דסבין עתיק מעתיקין טמיר  
Tikkune-Soh. מטמירין ובתיקוניו ידיע ולא ידיע \* —  
f. 19. col. 1: רבון העולמים אנת הוא עלות העלות סבת \*  
הסבות ראשקי לאילנא בדהוא נביעו ודהוא נביעו איהו  
כנשמתא לגופא דאיהו חיים לגופא וכך לית דמיון ולית  
דיוקנא מכל מה דלגו ולבח \* ובראת שמיא וארעא ופיקת מנהון  
שמשא וסידהא \* וכסבר \* ומולי \* ובארע \* אלנין ודשאין וגתא  
דערן ועשבין וחיון ועופין דנונין דבני נשא לאשתמודעא  
בהון עלאין ואיך יתנהגון בהון תחאין ועלאין ואיך  
אשתמודעאן מעלאי ותחאי ולית בך דידע כלל ובר מינד  
לית יחיד \* בעלאי ותחאי ואנת אשתמודע ארון על כלא וגו'

est incomprehensibilis ineffabilisque, vocatur nihilum siye non-ens; quatenus autem omnia entia prae illo subducuntur et prope evanescent, haec etiam nominari possunt nihilum siye non-ens. Haec notio igitur duas habet significationes, unam ex parte essentiae divinae, alteram ex parte Universi; ita tamen, ut una alteri contradictorio modo opponatur \*).

סקודין קדמאדן-אנכי \*): Soh. p. 3. f. 256 col. 2.:  
מסטרא דכתר דאיהו א"ן מאלהינו אנכי ביה כ' כתר  
It. Tikkune Sohar. f. 140 col. 2. et f. 141. col. 1.:  
וכד אסתכלי דוד ברוחא דקודשא וחזא דאסתלק לא"ן  
בגלותא בתראה • אמר עליהו אשא עיני אל ההרים מאין  
יבא עזרי • א"ן א' כתר עלאה י' חכמה ו' בינה חזא  
דלא הור משיגין ליה (אלא) בחלת צלותין דתקינן אבהן  
דאתקריאי הרי יקו"ק אמר עליהו אשא עיני אל ההרים  
• Conf, ibid. f. 91. col. 1. Porro R. Abrah.

אבל נקרא א"ן לפי שאינו מושג לא מצד עלהו ולא  
מצד עצמו שעלתו הוא עלת העלית ונקרא  
הא"ן קדמון לפי שקדם לעולל  
אמ' רב יהודה שדא אדון : Soh. p. 1. fol. 126. col. 2.:  
על הכל בבת אחת וברגז אחת • הוא מניע לכל וכלם

## IV.

Quamquam autem deus per se est occultus atque incomprehensibilis, hoc tamen iam a priori intelligi potest, quod sit unus, neque ulla dari queat substantia, quae illi sit aequalis similisve. Et quemadmodum vox hominis, etiamsi ex tribus materiis, igne (calore), aëre (halitu), aqua (humore) constet, nihilo minus tamen maximam habet unitatem, sic etiam diversa dei nomina unam eandemque substantiam exprimunt \*).

ובגין כך עתיקא קדישא אקרי אין דביה חליא אין • וכל אינון וגו' Cof. denique Böh. (Idr. sut.) p. 3. f. 258. col. 2.:

פתח ר' שמעון • Soh. p. 1. in praef. f. 9. col. 1. : ואמ' בראשית ברא אלהים • האי קרא איה לאתחכלא ביה • דכל מאן דאמר איה אלהא אחרא אשתצי מעלמי • כמה דאתמר כדנא תמרון להום אלהיא די שמיא וארק' לא עברו יאברו מן ארעא ומן תחות שמיא אלה • בגין • Il. p. 2. f. 43. : דלית אלהא אחרא בר קב' • בלחודוי • למנרע ולשואה דעות • יחדא דא • הא אמרן בכמה דוכתי יחדא דכל יומא איהו יחדא דקרא • שמע ישראל • יי' אלהינו יי' • הא כלדן חד • וע"ד אקרי אתד • הא

## V.

Hic deus unicus est simplex quoque, sive omnium partium omnisque concretionis expers<sup>\*)</sup>).

תלת שמהן אינון • היך אינון חד • ואף על גב דקרינון  
אחד • היך אינון חד • אלא בחזיונ' דרוח קדשא אחידע •  
ואינון בחזיו דעין' סתימא • למנדע דתלת' אלין אחד •  
ודא איהו רזא דקוקל' דאשתמע • קול איהו חד • נאיהו  
תלת' גונוין אשא ורוחא ומיא • וכלהו חד ברזא דקול •  
אוף הכא יי' אלדינו יי' אינון חד • תלחא גונוין דאינון  
חד • ודא איהו קוקל' דעביר בר נש ביחוד' ולשווארה  
דעותיה ביחוד' דכלא • מאין סוף עד סופא דכל' • בהאי  
קול דקא עביר בהני תלחא דאינון חד • ודא איהו יחוד'  
דכל' יומא דאתגלי ברזא דרוחו קדשא • וכמדו גונוין  
דיחוד' אתערז וכלהו קשום • מאן דעביר האי עביר •  
ומאן דעביר האי עביר • אבל האי יחוד' דקא אן מתערי  
מתח' ברזא דקוקל' דאיהו חד • דא הוא בריר' דמלח •  
Conf. Soh. p. 3. f. 65. col. 1. ; tum ibid.  
p. 2. f. 161. c. 1 ; tum ibid. p. 3. f. 203. col. 2 ; denique  
ibid. p. 3. f. 162. col. 1.

\*) Hoc elucet iam ex enuntiatione I., ubi deum per se absque omni figura esse dictum est; tum ex eo, quod ubique spiritus vocatur. (Conf. inf.) Vide etiam Soh. p. 1. f. 12. c. 1. : סקורא רביעאדו למנדע דה' הוא האלדים • כד"ל וידעת היום והשבות אל לבבך כי ה' הוא האלדים • ולא תכללל שמה האלדים בשמה דיי' • למנדע דאינון חד • ולית כה

## VI.

*Similiter substantia unica-atque simplex, quatenus ab alia neque circumdatur neque terminatur, est En-soph sive Infinitus; potest autem vocari En-soph propter incomprehensibilitatem quoque. Secundum illam priorem infinitatem substantia illa neque esse coeperat, nec unquam desinet; et, si diluvio quodam omnes mundi extinguuntur delenturque funditus, ad illam hoc nihil pertinet \*).*

פרוד' והיינו רזא דכהיב ידו מארת ברקיע השמים להאיר  
על הארץ: למדוי תרין שמהן חד בלא פרודא בלא:  
לאתכללא מארת אשר בשמא דשמים דאינון חד ולית בה  
פרודא נהורא אוכמא בנהורא חיוורא \* לית בהו פרודא  
וכלא חד ..... ועם כל דא \* אצטריך למנדע דאלדים י'  
כלא חד בלא פרודא ה' הוא האלדים \* וכך ינדע בר נש  
Conf. Tik. S. f. 19. דכל חד ולא ישווי פרודא \*

\*) Hoc patet ex multis locis Soharicis, praeprimis  
in Tikkune Soh. f. 77. col. 1.: ועליה אז"ל במופלא ממך  
אל תדרוש כו' בגין דאיהו מקור דלית ליה סוף ובמקורא  
דלית ליה סוף מאן יכול לאשנא ולאשכחא ליה סיפא \* —  
Commentarius quidam cabbalisticus in Rittangeli libro Ieze-  
rah, p. 171. et 172: ה' למב"ורל ישב ה' קלך



## VII.

Huic numini en-sophico (infinito) ex parte haud manifestata denique indi debet et hoc attributum independentiae. Omnia per illud ducuntur, sed ipsum neque supra neque infra neque ab latere quodam ducitur; ipsum dominatur in omnia, sed nemo dominatur in illud; ipsum intelligit comprehenditque omnia, sed nemo intelligit comprehenditque illud \*).

לעולם רוצה לומר הגם שהמבול השחית  
והפסיד בישראל את העולם והחריבו עכו'  
לא הגיעה לו י"ת מהשחתה זה ובטול  
וחורבן זה שום השחתה ובטול וחורבן ח"ו  
וזהו ש'א ה'מלך לעולם רוצה לומר מלכותו  
קיים נצחי לעולמי עולמים כמו קודם  
המבול כך אחר המבול וזהו שאמר וגו'

*Ceterum conf. notae sequentis locum secundum.*

\*) Tikkune Sohar. f. 19. c. 1.: ואנת הוא דאנהיג לון  
ולית מאן דאנהיג לך לא לעילא ולא לתתא ולא מכל סטרי  
אחמר ביד ואל מי הדמיוני Sohar. p. 3. f. 225. col. 1.:  
ואשוה יאמר קדוש ואל מי הדמיון אל ומת דמות ת"ה כו

## VIII.

Sed deus non modo per se, quatenus ignotus est omnibus, considerari debet, verum etiam quatenus essentiam suam divinam in mundorum universitate manifestavit. En-soph enim in se continet omnia, quaecunque sunt et esse possunt. Omnia ipse est, etsi ab omnibus lateribus occultus; omnia efficiunt corpus unum, et in omnibus non nisi Unum apparet; Iehova Zebaoth omnem mundum gloria sua implet, ut omnia Unum sint tamque arcte inter se cohaereant, nihil ut a sancto illo senum sene (qui sit benedictus!) separari queat \*).

---

לו • אני יי' לא שתי • לא מטי ביה חובין לאתפרש' •  
 אחורי • י' מה' ר' מה' • רלית ביה פרוז' • ועליה אתמר  
 לא יגורך רע • איהו שליט על כלא ולית מאן דשליט  
 ביה • איהו חפס בכלא ולית מאן דחפס ביה •

רבי אבא פתח ואמר \*) Soh. p. 2. fol. 27. col. 1.:  
 ואהבת את יי' אלהיך בכל לבבך ובכל נפשך ובכל מאודך •  
 כהאי גונא • הכא אתרמין יחודא קדישא • ואזהר' הוא  
 לבר נש ליחודא שמא קדישא כדקא יאות ברחימו עלאה •  
 בכל לבבך דא ימינא ושמאלא • דאקרי יצר טוב ויצר  
 רע • ובכל נפשך דא נפש דוד דאתיהיבת בנייהו •

## IX.

Caveas autem putes, rerum universitatem, quum omnia Unum sint, deum esse.

ובכל מאדך לאכללא לון לעילה באתר דלית ביה שעורא •  
הכא הוא יחודא שלים • למרחם ליה לקב"ה כדקא יאות •  
חו ובכל מאדך • דא יעקב דאיהו אחיד לכל סטרי •  
וכלא הוא יחודא שלים כדקא יאות בגיני כך הוא אהרן  
ומשה הוא משה ואהרן כלא הוא חד בלא פרודא • —  
Praecipue videndi sunt loci sequentes: Idra rabba (Soh.  
p. 3. f. 130. col. 1.): ות"ח כתיב אני יי' ראשון ואת •  
אחרונים אני הוא כלא הוא • והוא סתים מכל סטרי •  
Ibid. f. 143. col. 2.: ומכאן אשתכלל עלמא דלעילא • ותתא •  
מסטרא דגופא קדישא ומתחברן עלמין ומתאחדן דא בדא  
ואתעבדו חד גופא • (ובגין דכלהו חד גופא • שכינת'  
לעילא • שכינתא לתת' • קב"ה לעילא • קב"ה לתתא •)  
ומשלפא רוחא ועייל' בחד גופא • ובכלהו לא אתחזי אלא  
חד • קק"ק יי' צבאות מלא כל הארץ כבודו דכלא הוא חד  
עוד • Porro Idra sutta (Soh. p. 3. f. 288. col. 2.):  
עתיקא קדישא אתרשים ואסתים בחד • והוא חד • וכלא  
הוא חד • כך כל שאר בוצינין מתקשרין ומתהדרין בחד  
וכלא • Ibid. fol. 289 col. 2. et fol. 290. c. 1.:  
דא בדא תליין • ואתקשר דא בדא • ודא בדא עד דישתמודע  
דכלא חד וכלא הוא עתיקאי ולא אתפרש מניה כלום •  
Praeterea vid. ibid. f. 288. col. 1.; tum librum mysterii  
(Soh. p. 2. f. 176. col. 2); ut taceam de multis aliis fere  
innumerabilibus locis, qui sunt et in veteribus et in recen-  
tioribus libris cabbalisticis.

Quomodo enim fieri potest, ut res sophicae sive finitae sint En-soph sive numen illud infinitum sanctissimum, quod per se est incomprehensibile? Sed omnes mundi ante creationem in cogitatione *toṭ* En-soph siti erant, et hac ipsa cogitatione omnes facti sunt. Quatenus igitur hac cogitatione, qua omnino nihil in deo (qui sit benedictus!) reperitur excelsius, et quae est ipsa sapientia, omnia, quaecunque sunt et esse possunt, orta sunt, eatenus tantum dici potest, omnia Unum esse\*).

\*) Sohar, p. 2. f. 20. col. 1.: בשעה שעלה במחשבה לפני הקב"ה לברא עולמו • כל העולמות עלו במחשבה אחת ובמחשבה זו נבראו כלם • הו"ד כלם בחכמה עשית • ובמחשבה זו שהיא החכמה נברא העולם הזה והעולם של מעלה • נטה ימינו וברא העולם של מעלה • נטה שמאלו וברא העולם הזה • הו"ד אף ידי יסדה ארץ וימיני טפחה שמים קורא אני אליהם יעמדו יחדיו וכלם ברגע אחד נבראו ועשה העולם הזה כנגד העולם של מעלה • וכל מה שיש למעלה כדוגמתו למטה • וכל מה שיש למטה כדוגמתו ביום והכל אחד רבי חייא פתח כי לא • Item Sohar. p. 3. fol. 5. col. 2.: מחשבותי מחשבותיכם ולא דרכיכם דרכי • כי לא מחשבותי מחשבותיכם • מחשבותי כתיב חסר בלא ו' תא חזי מחשבה

## X.

Quum occultissimus omnium occultorum voluit manifestari, itaque causa causarum sive principium principiorum esse (vide supr. II. et initium Soh. p. 1.), cogitatione sua produxit Adam Kadmon (hominem superiorem) sive principiatum primum, sive prototypon quasique creatorem omnium, quae sunt praeter illum occultissimum, entium et actualium et possibilium, in quo Adam Kadmon decem Sephiroth sive numerationes sive, ut more theologorum recentiorum loquar, attributa operativa apparent, quae certo quodam ordine sic

---

דקב"ה הוא עלאה ורישא דכלל ומההיא מחשבה  
 אתפשטו ארחין ושבילין לאשתכחא שמא קדישא ולאחקנא  
 ליה בתקוניו כדקא יאות ומההיא מחשבה אתגיד ונפיק  
 שקיו דגנהא דעדן לאשקאדו כלל • ומההיא מחשבה  
 קיימין עלאין ותתאין ומההיא מחשבה משתכח תורה  
 • It. Tikkune Soh. f. 47. col. 1.: שבכתב ותורה שבעל פה •  
 והא כמה מחשבין אינון שכינתא ההיא, אתקרי מחשבה •  
 חכמה עלאה אתקרי מחשבה • ולעילא לעילא מחשבה  
 • ולעילא מכלהו מחשבה דלית לעילא מנה • Conf. Sohar.  
 p. 3. fol. 303 col. 2. et p. 1. f. 21. c. 1. et ibid. f. 65. c. 1.

nominantur: corona, sapientia, intelligentia,  
 magnificentia, fortitudo, pulchritudo, trium-  
 phus, gloria, fundamentum, regnum; et hae  
 Sephiroth, in principiatio primo manifesta-  
 tae, tanquam sunt instrumenta in manu  
 artificis ad ordinanda omnia opera sua.  
 Hoc principiatum primum propterea voca-  
 tur Adam Kadmon, quod 1. sicut homo est  
 Microcosmus, sic Adam Kadmon Macrocos-  
 mus, continens omnia causae primae cau-  
 sata. 2. sicut homo inferior summum locum  
 habet inter inferiora, sic Adam Kadmon  
 inter superiora. 3. sicut Adam inferior  
 omnia accipit ab omnibus, ita superior  
 omnia dat omnibus, etc. Illa autem decem  
 attributa sive existentiae divinae modi  
 idcirco appellantur Sephiroth sive nume-  
 rationes, quia 1. sicut unitas essentialis est  
 Infinito, ita multitudo et numerus his Se-  
 phiroth et causis secundis. 2. quia priores  
 sunt omnibus entibus, et ista disponunt.  
 3. quia comprehendunt intra se multitudi-  
 nem formarum, quae, propter res multas  
 et diversas, sunt multae et diversae, etc.

(Vid. Porta coelorum apud Iriram.) Quem ad modum tamen membra humana, nonnunquam deo improprie tributa, sic etiam attributa illa decem Sephirothica nonnisi altissimarum, latentium maximeque absconditarum rerum incomprehensibilium signa sunt \*).

\*) Sohar. p. 2. fol. 42. col. 2.: אבל בחר דעבד האי דיוקן דמרכבה דאדם עלאה • נחית חמן • ואתקרי בההו דיוקן איהו"ה • בגין דישתמודעון ליה במדות דיליה בכל מדה ומדה וקרא אל אלהים שדי צבאות אהי"ה בגין דישתמודעון ליה בכל מדה ומדה איך יתנהג עלמ' בחס"ד וברינ' • כפום עובדיהון דבני נשא • דאי לא יתפשט נהוריה על כל בריין איך ישתמודעון ליה • ואיך יתקיים מלא כל הארץ כבודו • • • • • הכי עלת העלות עביר עשר כפירו' • וקרא לכתר מקור וביה לית סוף לנביעו דנהוריה • ובגין דא קרא לגרמיה אין סוף • ולית ליה דמות וצור' • ותמן לית מאנא למתפס ליה למגדע ביה ידיע' כלל' • ובגין דא אמרו ביה במופלג ממך אל תדרוש ובמכוסה ממך אל תחקור • לכתר עבד מאנ' זעיר ודא י' ואתמלי' מניה וקרא ליה מעין נובע חכמ' • וקר' גרמיה בה חכמ' • ולהו' מאנא קרא לבת חכמ"ה • ולבתי עבד מאנ' רבנא וקרא ליה ים • וקרא ליה בינה • והוא קרא לגרמיה מבין בה • חכמ' מעצמן ומבין מעצמו • כי החכמה איהי לא אתקריאת חכמה מגרמה אלא בגין הוהא חכמ' דאמלי ליה מנביעו דילי' •

## XI.

Harum decem Sephiroth sive numerationum tres superiores, corona, sapientia,

ואיהי לא אתקריאת בינה מגרמה אלא בגין ההוא מבין  
דאמלי לה מניה • דאי הוה מסתלק מנה אשתארת יבשה •  
הה"ד אזלו מים מני ים ונהר יחרב ויבש • לבתר והכהו  
לשבעה נחלים • ועבר ליה לו' מאנין יקירין • וקרא לון  
גדול"ה • גבור"ה • ת"ת • נצ"ח • הו"ד • יסוד • מ"לכות •  
וקרא גרמיה גדול בגדול"ה וחסיד • גביר בגבור"ה •  
מפואר בתפארת מארי נצחון קרבין בנצ"ח נצחים •  
ובהו"ד קרא שמיה הור יוצרנו • וביסוד קרא שמיה  
צדיק • ויסוד כלל סמיך ביה כל מאנין וכל עלמין •  
ובמלכו' קרא שמיה מלך • ולו הגדול"ה והגבור"ה  
והתפארת והנצח וההו"ד כי כ"ל בשמים • דאיהו צדיק  
ולו הממלכ דאיהו מלכו"ת • כלל ברשותיה • למחסר  
במאנין ולאוספ' בהון נביעו • ולמחסר כפום רעותיה  
ביהון • ולית עליה אלהא דיוסף ביה או יגדע ביה •  
א"ל הא ודאי אתגלייא : Porro Tikkune Sohar. fol. 47. col. 2. :  
לי מדי דלא ידענא עד השתא ולא עתיד להתגלייא עד  
יומין דייתי מלכא משיחא א"ל אי הכי אשתמודע דאית  
אדם קדמון לכל קדומים ואית אדם אחר • א"ל ברי הכי  
הוא ודאי • אדם דברא ליה עלת העלות בדיוקנא דיליה  
סתים וגניז האי גרם דאסתלק עלת העלות אדם תניינא  
האב במחשבה • ואדם תליחא האב במעשה ותלת אדם  
זכארה איהו מאן דסליק : Ibid. fol. 108. col. 2. : אינין •  
אמונ' דקב"ה דאיהי שכינת' כלילא מעשר אמירן



intelligentia vocantur spirituales sive intellectuales, septem vero inferiores, magnificentia, fortitudo, pulchritudo, triumphus, gloria, fundamentum, regnum attributa καὶ ἐξοχήν. Ex qua divisione videri potest, quemadmodum in animo humano, ita (prout mente nostra hoc amplecti queamus) at quidem infinito modo in deo sanctissimo,

במחשבתא חדא ברעותא חדא בלא ערבוניה כלל דכלל  
ספיר' וספיר' נטוע' ביה ואיהי גן דכלהו ספירן ביה  
אינון חד עביר בח פרי למינו . . . . . אדתי הא סבא  
חד אודמן ליה דאמר ר' ר' הא חזיקא קרא דאמר באורייתא  
אדם כי ימות באהל והא אורייתא קדם דאתברי  
עלמא הות . וחזיקא דעלמא אקדים לאדם . דכל  
עלמא וצרכוי אתבריאון קדם דאתברי אדם . אי הכי מאי  
תקנתא אית הכא א"ל סבא והא כתיב דנשמתין דצדיקיי'  
אתבריאון קדם דאתברי עלמ' כד"א בראשי' ברא אלקים  
ולית ראשית אלא נשמה דאתמר ביה נר יי' נשמת אדם  
איהי נשמתא דאדם דלעילא . אלא אית אדם ואית אדם  
אית אדם דאיהו אדם דנשמתא . ואית אדם דגוף דאתמר  
Conf. ibid. f. 4. et 5. col. 1.; tum  
fol. 8. et 18. col. 1., fol. 91. col. 2., fol. 100. c. 1., (ubi  
Schechinah idem esse videtur, quod Adam Kadmon). Porro  
ibid. fol. 128. col. 2. et f. 129. c. 1. It. Soh. p. 1. fol. 7.,  
p. 3. f. 255. 256. 258. Tum lib. Iez. cap. 1. sect. 2. et alios  
locos innumerabiles.

quatenus in operibus suis manifestari voluit, vim spiritualem sive intellectualem omnes alias, quaecunque esse possunt, quam maxime superantem considerare coactos nos esse \*). Cogitatio enim sancti (qui sit benedictus!) — haec sunt verba Soharica, quae supra in nota enuntiationis IX. citata sunt — caput est Universi, et ex hac cogitatione multae viae disperguntur ad eum tamquam dispositionibus suis disponendum, ut pulchrum est; et ex hac cogitatione,..... et ex hac cogitatione..... etc.

## XII.

Sub prima numeratione, corona, nihil aliud nisi voluntas divina manifestata

---

\*) R. Abrah. ben David. f. 43. (in Rittangeli libro Iezirah, p. 58.): "וכן לכל אחד ואחד מאלו" עומקים פי' ג' ספירות שכליות וז' ספירות שהן נקראין תמורות כל אחד מהן אינן דבק בהם כי כל העומקים נמשכו מהמחשב העליונה Vid. Tikkune Sol. f. 91. c. 1., et f. 140. c. 2., tum praecipue initium cap. 1. sec. 1. lib. Jez. cum commentariis suis.

subauditur, Sicut enim corona (inquiunt cabbalistae) est suprema omnium vestium corporis humani, ita dei voluntas, sive beneplacitum in Adam Kadmon (homine superiore seu Macrocosmo) manifestatum, summum est omnium attributorum, quae dicuntur, operativorum. Causa prima non agit ex absoluta necessitate et natura, sed consilio voluntatis et electionis suae \*).

---

\*) Hoc elucet ex multis locis Soharicis, qui, ubi de creatione sermo est, fere semper his verbis incipiunt: כִּי בְּעָא קב"ה לְמַעַבְרָא עֲלֵמָא ' Sicut, verbi gratia, Soh, p. I, f. 2. c. 2. etc. Porro comm, quid. apud Rittang. in libr. Jez, p. 186: כִּי מִתְחִילָה הָיָה צוּרֶךְ הָעוֹלָם לָקוֹ הַחֶסֶד כִּי הָעוֹלָם לֹא נִבְרָא עַל צַד הַחַיִּיב וְהַחֶסֶד רַק מִנְדַּבְרַת הַצּוּרִי הַפְּשׁוּט בְּרוּךְ הוּא כְּמֹדָת חֶסֶד וְלִגְמוּל חֶסֶד עִם בְּרוּאָיו בְּרֹב רַחֲמָיו וְגוֹדֵל חֶסְדּוֹ מִפְּנֵי זֶה הָאֲצִיל בְּתַחֲלִילָה עָמוּד הַחֶסֶד שֶׁעַל יָדֵי הַחֶסֶד וּמַצַּד הַחֶסֶד יִבְרָאוּ הָעוֹלָמוֹת וְיִתְחַנְּנוּ עַל יָדוֹ וְכֵמוֹ שֶׁנֶּאֱמַר עוֹלָם חֶסֶד יִבְנֶה . Conf. praeterea lexic. cabb. in Cabb. den. T. I. P. I. verb. כְּחַד , שֶׁעַר הַשָּׁמַיִם tum Irira in רִצּוֹן, חֶסֶד, כְּחַד, diss. III. cap. VI.

## XIII.

Sequitur nunc sapientia, cui cabbalistae triginta duas semitas adnumerant. Omnia enim sapientia sive eius semitis triginta duabus facta sunt \*).

## XIV.

Tertia numeratio spiritualis est intelligentia, quae est quasi muliebre, sicut sapientia virile principium \*\*).

\*) Soh. p. 1. f. 218. c. 2. : אמר ליה רבי יהודה כל מה דעבר קב"ה בארעא כלהו רמיו בחכמה בר דבני נשא לא ידעי . הה"ד מה רבו מעשיך יי כלם בחכמה עשית מלאה הארץ קנייך . ומשום דאתעבירו בחכמה כלהו פתח רבי : Tikkune Soh. f. 14. c. 2. רמיון בחכמה . שמעון ואמר (שמות ל"ז) ויעשו כל חכם לב בעושי המלאכה וגו' מאי כל חכם לב . הו"א דאיהו חכם המלאכה וב"ב נתיבות דיליה . Inprimis vide introd. libr. Iezir.

\*\*) Soh. p. 1. f. 246. c. 2. : וכד חסדקל בדרגין הוא מחשבת . הוא בינה . הוא קול . הוא דבור . וכלא חד . והיא היא מחשבה ראשית דכלא . ולא הוי פורד . אלא כלא חד וקשורא חד . דאיהו מהשבה ממש אתקשר באין . ולא אתפרש לעלמין . ודא הוא יי אחד ושמו אחד .

## XV.

*Sapientia et intelligentia etiam nomine communi scientiae sive omniscientiae significantur. En-soph enim sive Infinitus (qui sit benedictus!) scit occulta et abscondita sicut aperta et manifesta, scit tenebras et lucem. Qui in luce habitat, nescit, quid sit in tenebris, sanctorum autem sanctissimus perspicit per tenebras scitque, quid ibi fiat \*)*.

---

\*) *Soh. p. 2. f. 187. c. 1.*: פתח רבי שמעון ואמר: הוה גלה עמיקתא ומסתרתא ידע מה בחשוכא ונהורא עמה שרא. הוה גלה עמיקתא ומסתרתא קב"ה גלי עמיקתא ומסתרתא. דכל עמיקין סתמין עלאין איהו גלי לון ומאי טעמא גלי לון בגין ידע מה בחשוכא. דאלמלא חשוכא לא אתידע נהורא. ואיהו ידע מה בחשוכא. ובגין כך גלי עמיקתא ומסתרתא. דאי לאו חשוכא. לא יתגליין עמיקין ומסתראן ונהורא עמה שרא. *Il. Soh. p. 2. f. 100. c. 2. et f. 101. c. 1.*: ונהורא ידע מה בחשוכא. ונהורא ידע מה בחשוכא. תא חזי מאן דשרי בנהורא. לא יכיל לאסתכלא ולמחמי בחשוכא. אבל קב"ה לאו הכי. ידע מה בחשוכא אע"ג דנהורא עמה שרא. מגו נהורא אסתכל בחשוכא. *Conf. alios libros cabbalisticos recentiores.*

## XVI.

Septem vero inferiores numerationes non nisi modificationes sunt divinae omnipotentiae, quatenus non est intellectualis \*).

## XVII.

Praeter has decem Sephiroth sive numerationes sive attributa operativa, deus manifestatus est insuper bonus ab omni parte omnique malo carens; tum etiam amor magnus perfectusque, quo omnia amplectitur, denique vivus, ita ut, quum in hoc mundo iustus solus vivus debeat nominari, qua deus, qui est iustus perfectissimus, vita fruatur perfectissima \*\*).

---

\*) Soh. p. 1. f. 90. c. 2: רבי אבא פתח כי מי אלוה' מבלעדי יי' ומי צור וגו' דוד מלכא אמר האי קרא כי מי אלוה' מבלעדי יי' מאן הוא שליטא או ממנא דיכול למעבד מדי מבלעדי יי' אלא מה דאתפקד מעם קב"ה בגין דכלהו לא ברשותיהו קיימי ולא יכלי למעבד מדי ומי צור ומאן איהו תקף דיכול למעבד חוקפא וגבורה מגרמיה מבלעדי אלהינו אלא כלהו בידא דקב"ה ולא יכיל למעבד מדי ברשותיה *Ut taceam de aliis locis hac pertinentibus.*

\*\*) Soh. p. 1. f. 8. c. 1.: ר' יוסי אמר לכל טוב דא

## XVIII.

Quatenus omnia haec attributa antecedentia in Adam Kadmon tamquam in velo quodam a seno senum sculpta sunt, Adam Kadmon verò omnia causae primae causata operâ illorum divinorum attributorum in se continet, eatenus dici potest, omnia, quae-

אילנא דחיי דאיהו שכל טוב בלא רע כלל • ועל דלא  
 • Soh. p. 1. f. 11. שריא ביה רע • איהו שכל טוב בלא רע •  
 פקודא תניינא דא איהי פקודא דפקודא דיראדא : c. 2.  
 • ולא נפקא מינה לעלמין ואיהי אהב"ה •  
 למרחם בר נש למריה רחימו שליך • ומאן איהו רחימו  
 שליך • דא אהבה רבה • דכתיב התהלך לפני והיה  
 חמים • שליך ברחימות' • ודא הוא דכתיב ויאמר אלדים  
 יהי אור • דא רחימו שלימותא דאקרי (פקודי רנ"ד ב')  
 אהבה רבה • והכא איהו פקודא למרחם בר נש למאריה  
 • פתח רבי יצחק : c. 1. f. 164. Soh. p. 1. כדקא יאות •  
 יאמר חי יי וברוך צורי וירום אלהי ישעי • האי קרא  
 איהו רזא • חי יי' • וכי לא ידענא דקב"ה אקרי חי אלא  
 אפי' צדיק גמור איהו אקרי חי • דהא חי • צדיק איהו  
 לעילא • וצדיק איהו לתתא • לעילא קב"ה אקרי חי •  
 לתתא צדיק אקרי חי • דכתיב ובניהו בן יהוידע בן איש  
 חי • אמאי אקרי חי בגין דאיהו צדיק • דהא צדיק חי  
 אקרי • חי חסולמים • יברוך צורי כלא חד חי וברוך  
 • 14. Soh. p. 1. f. 46. c. I. דלא מחסרשי מהדורי •

cunque sunt et esse possunt, orta esse et oriri emanatione \*).

עתיקא דעתיקין טמירא : Soh. p. 3. fol. 128. col. 1.:  
 דטמיראין עד דלא זמין תקוני ועטורי עטורין : שירותא  
 וסייומא לא דזה : ודזה מגליה ומשער ביה : ופרים  
 קמיה חד פרסא : ובה גליה ושער מלכין ותקוני ולא  
 מנלן מעתיק יומין : Ibid. f. 135. c. 1. et 2.:  
 דעד לא אתחקן הוא בתקוני : לא אתחקנו כל אינון  
 דבעו לאתחקנא : וכולהו עלמין אתחרבו : הה"ד וימלוך  
 באדום בלע בן בעור : וימלוך באדום : רזה חדא יקרא  
 הוא אתר דכל דינין מתקטרין תמן ותליין : מתמן :  
 בלע בן בעור : תאנא הוא גזרת דינא תקיפא דתקיפין :  
 דבגיניה מתקטרין אלק אלפין מארי דיבבא ויללה וטם  
 עירו דנהבה : מאי דנהבה : כלומר דין הבה : כד"א  
 לעלוקה שתי בנות הב הב : ביון דסליק לאתשבא  
 ביה : לא קאים ולא הוה יכיל למיקם וכלהו עלמין  
 אתחרבו : מאי טעמא משום דאדם לא אתחקן : דתקונא  
 דאדם : בדיוקניה כליל כלא : ויכיל כלא לאתשבא  
 ביה : ובגין דתקונ' דא דאדם לא אשתכח : לא  
 יכילו למיקם ולאחשב' : ואתבטלו : ואתבטלו ס"ד  
 והא כללהו : באדם אתכלילן : אלא אתבטלו ואסתלקו  
 מההוא תקונא עד דייתי תקונא דדיוקנא דאדם :  
 וכד אתא האי דיוקנא : אתגלפ' ואתכללו כללהו  
 וכל' : Soh. p. 1. f. 22. c. 1. — ואתחזרו לקיומא אחרא :  
 בניינין דהו בארע אצילות' הוה :



## XIX.

Inter multos mundos, quorum apud cabalistas mentio fit aenigmatice, quatuor sunt praeprimis, qui ab omnibus memorantur. Primus horum quatuor mundorum est mundus Aziluth sive emanationis, in quo est Adam Kadmon cum decem Sephiroth, sive principiatum primum decem attributis divinis operativis manifestatum. Per hunc et post hunc sequitur mundus Briah sive creationis, qui est intelligibilis spiritibusque purissimis habitatus; hunc excipit mundus Iezirah sive formationis, qui est angelorum receptaculum. Infimus denique est mundus Asiah sive factionis, qui solem, lunam, terram omnesque stellas continet. Mundus vero en-sophicus huc non pertinet, quia nihil aliud nisi En-soph sive Infinitum exprimit \*).

---

\*) Soh, p. 2. f. 155. c. 1.: וצ"ד בראתיו יצרתיו אף  
עשיתיו • ועל דא • הואיל ואדם איהו בארץ • ואית  
ליה לתקנא הקד' כבודי • עבד' ביה תקונין דכבוד עלאה  
דאית ביה אף הכי בריאה • ועל דא בראתיו • בדהו

## XX.

*Omnia igitur, quae metaphysice existunt, non eadem essentia divina gaudent, sed sibi invicem per gradus continuantur, ab imo ad summum, et a summo ad imum \*).*

כבוד עלאה אית ביה יצירה • ועל דא יצרתיו • תקונא  
 דא • יהבית ביה באדם • למיהוי איהו בארע' כגונא  
 דההוא כבוד עלאה • בההו' כבוד עלאה אית ביה עשיה  
 ועל דא אוקף דכי בבר נש כתיב עשיתיו • למיהוי איהו  
 כגונא' דההוא כבוד עלאה • דמתקן ובריד לכבוד תתאה  
 מכלן דההו' כבוד עלאה אית ביה תלת אלין דכתיב ביה  
 יוצר אור ובורא חשך עושה שלום • יוצר אור הא יצירה  
 ובורא חשך הא בריאת • עושה שלום הוא עשיה •

H. in Rittangeli libro Iezirah, p. 166.: הגם שבאין סוף:

ברוך הוא אין בו שום השגה כלל עד  
 שלא יתכן לומר עליו שום שם עם כל  
 זה על ידי פעולותיו שהאציל עולם אצילות  
 וברא עולם הבריאה שהוא כסא הכבוד ויצר  
 • עולם היצירה שהוא עולם המלאכים ועשה  
 עולם העשייה שהוא כולל הגלגלים ומר  
 שבתוכו וכל מעשה בראשית עד טבור הארץ

Conf. Soh. p. 3. f. 83. c. 1. et alios permultos locos cabbalisticos.

בר נש דקריב דורנ' למלכא • Soh. p. 1. f. 239. c. 2.:

## XXI.

Quum En-soph omnes hos mundos, qui ab aeternitate in cogitatione sua siti erant delectationi, actuales reddere voluit, numen suum quasi retraxit, ut locus fieret entibus finitis; qui locus apud cabbalistas nominatur aër primus sive lumen primum \*).

## XXII.

Hoc lumen primum nullo modo deus est, cui quidem nihil assimilari potest, sed Adam Kadmon sive primum dei manifesta-

---

בעא לסלקא מדרג' לדרגא עד דסליק מתחתא לעילא לאחר  
· ברא דמלכא יתיב עלאה על כלא · Conf. ibid. f. 156. c. 1. et  
f. 158 col. 2. aliosque locos fere innumerabiles.

וחרין אלפין טנין עד דלא : 2. c. f. 1. p. Soh. \*)  
Schewer ברא עלמ' · הוה מסתכל קב"ה ואשתעשע בהו ·  
קודם כל דבר : 2. c. f. 77. (שבר יוסף) Josephi  
צא"ל שקודם בריאת העולמות לא היה  
שום דבר בעולם אלא עצמותו י"ת וי"ת  
א"ס והיה משתעשע בעצמו (וסוד השעשוע  
יחבאר למטה) וכשרצה לגלות מחשבתו  
הקדומה להוציא מן הכח אל הפעל כב

tum, cuius causata simillima sunt luminis radiis. Sic ergo hoc lumine, mundorum per gradus continuatio symbolice significatur \*).

### XXIII.

Sicut mundus noster sensibilis sive infimus ex quatuor elementis, igni, aëre, aqua, terra consistit, ita corpus humanum;

יכול צמצם שכינתו למעלה כרי שיהיה  
מקום לברוא העולמות ואותו מקום נקרא  
בלשון הר"שבי או"ר קד"מון ובלשון  
Item Soh. p. 1. f. 16.  
חכמים נקרא או"ר קד"מון .  
c. 2. R. Isaac Lorjah et R. Cohen Irira, etc.

\*) Tikkune S. f. 149. c. 2. et Soh. p. 1. f. 23. c. 1. --  
אור קדמון אע"ג דאיהו סתים וגניז ואיהו : Tikkune Soh.  
קדמון לכל ספירין ולכל אתון ונקודי וטעמי אפילו הכי  
ק"גבי עלת העילות איהו כגופא לגבי נשמתא דבעילת  
העילות לית ביה גוון ולא, צורה ולא דיוקנא ובאחר  
Porro Idra suta דעין לא שליט מאן יכיל למיעבד דמיון .  
כך הוא עתיקא קדישא הוא : (Soh. p. 3. f. 288. c. 1.)  
בוצינא עלאה סתימא דכל סתימין . ולא שכיח בר  
אינון נהורין דמתגליין וטמירן . ואינון אקרון שמת  
קדישא . ובג"כ קלא חד .

anima autem humana tres partes in se coniunctas habet, quae sunt Nephesch sive vitalitas, Ruach sive spiritus, Neschamah, sive anima intellectualis sive animus κατ' ἐξοχήν. Et quum vitalitas ex mundo materiali, spiritus ex angelico, animus ex intelligibili, qui est illis sublimior \*), emanet, animus, qui ad corpus eandem habet relationem atque deus ad mundos, vere est immortalis \*\*).

\*) Soh. p. 2. f. 23. c. 2: ואינון ארבע סטריין דעלמא : אחתברו בערבע סטריין דאינון יסודא דעלמא חתאה כגוונא דא : Soh. p. 1. f. 27. c. 1: א"ש ורו"ח מ"ם דפ"ר : Tikkune Soh. — יעבד קב"ה לבר נש דאחברי מר' יסודין : כל הנקרא בשמי ולכבודי בראתיו : יצרתיו אף עשיתיו דא נשמתא קדישא דאיהו עולם המחשבה יצרתיו דא רוח ממללא דמניה חיוון ממללין : עשיתיו דא V. Soh. p. 1. f. 226. c. 1, Tikk. Soh. f. 25. c. 2. et f. 26. c. 1; tum ibid. f. 88. c. 1. et 2.

\*\*) Tikk. S. f. 3I. c. 1: עלמא זון כל הקב"ה זון כל גופא זון כל נשמתא זון כל רואה ואינו נראה הכי נשמתא רואה ואינה נראת מר' הקב"ה יושב בחור הדרים הכי נשמתא יושבת בחורין הדרים מר' הקב"ה מלא כל העולם הכי נשמתא מלאה את כל הנוף מר'

## XXIV.

*Animae cum corpore coniunctione bonum et malum oriuntur. Quum vero utrumque ex cogitatione demum humana originem capiat propriam, homo ex voluntatis suae libertate unum alteri praeferre posthabereve potest \*).* — *Summum bonum est, secundum leges divinas agere; harum*

הקב"ה דן את כל העולם הכי נשמחא דנא את גופא •  
 מדה דלאו הכי בבר נש דגופיה : Sh. p. 2. f. 118. c. 2.  
 ונשמחיה בפרה' דא חמר ודא שכר' דא חיי ודא מותא •  
*Praeterea conf. R. Mos. Cordueri' tract. de anima in Cabb. denud. T. I. P. II.*

ודא רזא דנשמחא • לבחר Tikk. S. f. 109. c. 1.  
 אמר לא טוב היות האדם לבדו אעשה לו עזר כנגדו •  
 דא גופא דאיהו עבר שפחה כליל' מטוב ורע בגין למהוי  
 ליה אגר ועונשא ובגינה הוה אמר ראה נתתי לפניך היום  
 את החיים ואת הטוב את המות ואת הרע וא"ל ובהית  
 בחיים דאם לא יהבה בידיה לא הוה ליה אגרא ועונשא  
 : Conf. Soh. p. 1. f. 23. c. 1. — Soh. p. 3.  
 f. 5. c. 2: מחשבה דבר נש היא רישא דכלל' ומההיא •  
 מחשבה אחשטו ארחין ושבילין לאסטאה ארחי בהאי  
 עלמא ובעלמא דאתי • ומההיא מחשבה אהנניד ונפיק  
 זוהמא דיצר הרע לאבאשא ליה ולכלל' ומההיא מחשבה וגו'

legum autem summa est, deum cognoscere atque amare. Prout igitur homo hac in vita secundum eas agit vel contra, post mortem accipiet compensationem \*).

---

### Caput tertium.

#### *Philosophiae cabbalisticae doctrina secundaria.*

**P**ostquam capite antecedenti Cabbalae doctrinam primariam sive essentialem, quae non aenigmatice symboliceque solum, sed luce clarius veterum libris continetur, succincte quidem verum tamen ex gravissimis locis originalibus me proposuisse putaverim, nunc sequitur doctrina secundaria, qua eam intelligi velim, quae partim variis, posteriore tempore aggressis, alienis dissimilibusque interpretandi modis, partim multis phantasiae imaginibus allegoricis adhibitis orta est. Quum igitur philosophiae

---

\*) Soh. p. 1. f. 23. etc. multisque in aliis locis. — Soh. p. 1. f. 11. Tikk. S. f. 7. — S. p. 1. f. 98. 122. 134. 125. 102; p. 2. f. 150; p. 3. f. 185.

cabbalisticae doctrina secundaria duplicem habere rationem videatur, utriusque pauca quidem sed magni momenti exempla hîc allaturus sum.

Quod ad primam rationem attinet, alius alias hypotheses Cabbalae veteri affingit, quae a doctrinae vero sensu longe abhorrent; id quod praecipue de Moro et Helmontio seniore dici potest. Utriusque enim systema cabbalisticum tam contrarium est veteri, ut ex mea quidem opinione nomen tantum conservasse videantur. Sic verbi gratia Morus in fundamentis philosophiae sive Cabbalae Aëtopaedomelissaeae ita summa capita cabbalistica ordinat, ut, postquam nullam in rerum natura materiem, et quidquid sit, spiritum sive essentiam divinam esse obtinet, etiam hoc contendere conetur: „Quum nulla omnino sit essentia praeter hanc in rerum universitate, et manifestatum sit, aliquam ex essentia hac unica actu dividi, palam est, essentiam divinam dividi posse.“ Haec enuntiatio quum toti Iudaeorum doctrinae, tum prae-



cipue menti cabbalistarum sic repugnat, ut maxime sit admirabile, quomodo hoc alicui, qui vel primoribus tantum labris Cabbalam gustavit, in mentem venire possit; nisi forte haec sit excusatio, quod, quum semel in animum duxerit nomine cabbalistarum, etsi, ut supra doctum est, falso dicere, quidquid sit, spiritum tamquam essentiam divinam unicam esse, quaestioni illi, quomodo En-soph sive Infinitus res finitas ex sese gignere potuerit, nihil relictum sit respondere nisi, deum esse divisibilem, sive deum Unum et Multum esse. Rem autem aliter se habere, et cabbalistas neque materiam in rerum natura existere negasse, et — id quod praecipue notandum est — unaquaque fere pagina de summa unitate dei loqui, vel ex iis, qui sunt supra in notis citati, locis paucissimis disci licet. — Secundum ergo illum errorem, quo deus benedictus cum mundo confunditur, Morus porro dicit his verbis: „Cum vero essentia divina sit, singulae particulae infinitae sunt, et in orbes infinitae virtutis et am-

plitudinis possunt extendi expandive.“ „Et, pergit ille, cum singulae arenulae lapidumve granula particulaeque aëris, aetheris, sint partes huius divinae essentiae, aequè manifestum est, quod in minutissimas has partes possint contrahi et constringi.“ „Ex contractis partibus, ait ille denique, constat mundus, qui vocatur materialis, cum revera spiritualis sit, constans utique ex divisis spiritibus particulisve divinae essentiae, in monadas punctaque physica contractis et constipatis.“ Ex his sane verbis aliquis, iure concludere possit, hic de materialismo, atheismo, polytheismo ceterisque huius generis nominibus potius sermonem esse, quam de Cabbala, cui dei multiplicitas tam consentanea est, quam enti non-ens. Eodem fere modo Helmontius a cabbalistis recedit, qui inter alia vitia etiam hoc committit, quod multitudinem in unitate dei alia quidem, quam Morus, sed non feliciore ratione ponit. Dicit enim essentiam divinam separatione spirituum torpentium in partes posse dividi; ut eius animae originem ta-

ceam, quae plane repugnat menti veterum cabbalistarum. Sed et R. Isaac Loria et R. Abraham Cohen Irira, quorum prior scripsit introductionem ad Cabbalam metaphysicam, posterior autem commentarium quendam, qui nomine „Porta coelorum“ notissimus est, quamquam ii sunt, qui ex recentioribus praeprimis commendari merentur, praecipue quod certe maxima ex parte verum cabbalistarum sensum conservantes, systema cabbalisticum vetere multo clarius et ordinatius composuerunt, tamen non omnino ab ea culpa liberari possunt, quod aliqua quidem peregrina adulteriaque veteribus immiscuerunt, quae non primaria, sed secundaria appellari debent. Quid dicam de aliis scriptoribus recentioribus? quid de historiographis philosophicis, Bruckero, Tennemann, Tiedemann aliisque, qui omnes fere ex duobus libris, quos modo nominavi, Iudaicis excerpta quaedam protulerunt? Nemo (ne Kleukerum quidem excipere liceat) ad fontem primum ascendit, sed ad unum omnes — iterum

iterumque dico — horum duorum virorum, R. I. Loriae et R. C. Irirae vestigia presserunt.

Transeam igitur ad alteram doctrinae cabbalisticae secundariae rationem, quae imaginibus symbolicis supra est significata. Praetermissis vero aliis fere innumerabilibus symbolis et allegoriis, quibus et veteres et recertiores cabbalistae doctrinam abscondere solent, pauca tantum maxime admirabilia usitatissimaque exempla exhibebo. Primum hic notandum est breviter, quid de Adam Kadmon sive Macrocosmo sive principiato primo cabbalistae fabulentur. Modo enim litterarum nominumque divinorum figuris, modo veli, modo draconis etc. imagine eum adumbrarunt; maxima autem ex parte eum hominis figura depinxerunt, ex cuius partibus omnibus divinae lucis radii effulgent, et exempli gratia ex oculis, barba, ore, labiis, capiteque toto, pectore, pedibus, brachiis, membrisque omnibus effluunt fontes luminosi, luce divina pleni et in circulum in se agitati motique. Deinde memorandum est, quid

de Sephiroth sive essentiae divinae modis symbolicum allegoricumque dicatur. Hae enim Sephiroth sive numerationes, quippe quae sint in Adam Kadmon manifestatae, nihil aliud sunt nisi eius fontes luminosi, ita vero describuntur, ut omnes in personas transmutentur; hinc prima numeratio vocatur Arich anpin sive macroprosopon, secunda Abba sive pater, tertia Imma sive mater, reliquae sex unam personam effingunt, quae dicitur Seir anpin sive microprosopon, cuius uxor est numeratio ultima. Et secundum difficiles has allegorias mysterium emanationum, mundorumque constitutorum per compressionem et immissionem radiorum lucis in vasa sua in libris cabbalisticis et praecipue Soharicis scriptum est; numeratio enim quaelibet habere dicitur vas suum, ex retractione lucis ortum, et recipiendis lucis radiis destinatum.

Hoc satis est, ut intelligatur, ex lucis imagine tantum in his cabbalistas loqui symbolice, neque ullo modo accipiendum esse, materiam aliquam subtilissimam, acti-

vam, infinite expansam eos cogitasse; quae materiae crassiori opposita spiritus sive essentia divina dicatur; hoc enim modo purissimus theismus cum materialitatis notione confundatur. In divinitate potius nihil, ut ait Irira, est materiale; nec quidquam corporeum; et quidquid inibi dicitur modo loquendi materiali et corporeo, allegoricum est et figuratum etc. Imaginem autem lucis propterea saepissime usitatam esse putaverim, quod nullâ aliâ pulchrius rerum finitarum cum numine infinito cohaerentia illustrari possit.

---

#### Caput quartum.

*Philosophiae cabbalisticae in Christianismo et Mohammedanismo vestigia.*

Ut de aliis, quaecunque de Cabbala originem suam trahere putantur, systematibus philosophicis, et praecipue etiam de Gnosticismo taceam. etsi cum hac, ex omnium opinione, arcte cohaeret, hic idcirco eius

cum Christianismo et Mohammedanismo solum cohaerentiam respiciam (etsi breviter), ut, quomodo hae duae religiones revelatae a communi quadam radice, nimirum Iudaica, emanaverint, non modo theologice verum etiam philosophice intelligatur. Atque, ut a Christianismo ordiar, non ad medii recentiorisque aevi scriptores theologicos eosdemque philosophicos hoc loco provocabo, sed ex novo testamento ipso locos aliquos excerpam, e quibus Cabbalae vestigia certe aliqua ex parte elucere videantur. Sunt vero eius gravissimi loci fere hi:

## I.

## De deo occulto.

Et inhabitat lucem, ad quam nemo appropinquare potest. Paul. ad Tim. 6. v. 16.

2. Quod deus lux est; et tenebrae prorsus nullae sunt in eo. I. Ep. Joh. 1. v. 5.

3. Omnis donatio bona et completa e supernis descendit, a patre luminum, apud quem non est immutatio ulla nec etiam umbra recessus. Iacob. c. 1. v. 17.

4. In eo vita erat, et vita erat lux filiorum hominis. Joh. 1. v. 4.

5. Spiritus est enim deus. Joh. 4. v. 24.

6. Nullus est bonus nisi unus deus. Matth. 19. v. 17.

7. In eo enim ipso vivimus, movemur et sumus. Paul. in act. Apost. 17. v. 28.

## II.

### De Adam Kadmon.

1. Et quum subiecta fuerint ei omnia, tunc ipse filius subiicietur ei, qui subiecit ipsi omnia, ut sit deus omnia in omnibus. 1. Corint. 15. v. 28.

2. Deum non vidit homo unquam; unigenitus dei qui est in sinu patris sui etc. Joh. 1. v. 18.

3. Qui est imago dei invisibilis, et primogenitus omnium creaturarum. Col. 1. v. 15.

4. Sic enim dilexit deus mundum, ut filium suum unigenitum dederit. Joh. 3. v. 16.

5. In hoc enim innotuit dilectio dei, quae est erga nos, quod filium suum unigenitum misit deus. 1. Ep. Joh. c. 4. v. 9.



6. Et per eum creatum est, quidquid est in coelo et in terra, quidquid conspicitur, et quidquid non conspicitur; sive throni sive dominationes, sive principatus, sive potestates; omnia per eum, et in eo creata sunt. Et is est, qui fuit ante omnia, et omnia in ipso consistunt. Col. 1. v. 16. seq.

7. Et per eum fecit mundos. Hebr. 1. v. 2.

8. Ego et pater Unum sumus. Joh. 10. v. 30.

9. Ut sciatis et credatis, quod pater meus sit in me, et ego in patre meo. Joh. 10. v. 38.

10. Ut omnes sint Unum, sicut tu, pater mi, in me, et ego in te etc. Ut sint Unum, sicut nos sumus. Joh. c. 17. v. 21. 22. \*).

(Conf. dialogos quosdam in Cabb. den.)

Quemadmodum igitur his in locis Cab-  
balae vestigia nullo modo ignorari pos-  
sunt, hac tamen differentia, quod, quum

---

\*) Quo id, quod dixi, clarius appareat, textum Syriacum, qui propter linguarum cognationem scriptis veteribus cabbalisticis maxime est conformis, versuum supra latine citatorum hoc loco scripturus sum. Editio mea est Gutbirii.



etiam Mohammedani de deo quidem per se inque primo gradu idem docent, quod cabbalistae. Dicunt enim, deum per se esse occultum occultorum eamque unitatem, cui nullum attributum addi possit; secundum vero dei gradum eum esse putant, ubi mundi individualis entia in deo occulto

יְהוָה לֵב חָלָה. וְיֵשׁוּׁעַ אֱלֹהִים חָלָה (2) אֱלֹהִים לֵב מִלְּאֵל  
 מִלְּאֵל מִלְּאֵל מִלְּאֵל אֱלֹהִים אֱלֹהִים מִלְּאֵל מִלְּאֵל (3)  
 אֱלֹהִים מִלְּאֵל מִלְּאֵל אֱלֹהִים לֵב מִלְּאֵל מִלְּאֵל מִלְּאֵל  
 חֵטְא. (4) אֱלֹהִים מִלְּאֵל אֱלֹהִים חֵטְא. אֱלֹהִים  
 וְיֵשׁוּׁעַ יֵשׁוּׁעַ יֵשׁוּׁעַ. (5) חֵטְא לֵב מִלְּאֵל מִלְּאֵל מִלְּאֵל  
 : וְיֵשׁוּׁעַ יֵשׁוּׁעַ מִלְּאֵל חֵטְא. (6) אֱלֹהִים מִלְּאֵל  
 חֵטְא מִלְּאֵל מִלְּאֵל חֵטְא. חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא. חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא.  
 חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא. חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא. חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא.  
 חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא. חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא. חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא.  
 חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא. חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא. חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא.  
 חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא. חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא. חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא.  
 חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא. חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא. חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא.  
 חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא. חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא. חֵטְא מִלְּאֵל חֵטְא.



tuum vocant \*). — Sed his hactenus expositis iam ad alteram nostri speciminis partem, quae est de pantheismo, veniamus.

الثاني هو الذي يظهر به أعيان الممكنات الغائبة التي هي  
تعيون الذات لذاته و هو التعيين الأول بصفة العالمية العقلية

\*) Vid. ibid. p. 29 seq. et p. 33 seq., praecipue vero p. 28, ubi e verborum theosophicorum lexico quodam Arabico haec sunt:

أبو الأرواح هو الروح القدس الذي هو عباده عن جميعه  
وحيد العلم الأعلى لأنشأ جميع الأرواح عن روحانيته  
لأستعادة أرواح جميع الممكنات عنه لكونه أول الأرواح  
الذي لا يتغير عليه هي منها فكانت روح المصطفى  
صلى الله عليه وآله أول الأرواح لأنه لما كانت جميع الأرواح  
أما في ظهورات و تعيينات حصل عن الحقيقة الروحية  
السماء ما روح الأول و كان هذا المظهر لأظهرته في ظاهره  
و قدسه و روحا نمته ظهر الروح ذبه على ما هو عليه كون  
تغيير ولا تبدل بل مجرد التعيين حصل للروح الأول عند  
ظهوره بهذا المظهر الأظهر

*Typ. u. Arab. Schrift. lith. im lith. Institut v. Ernst Friedt  
Schaffler & Co. in Königsberg.*

## SECTIO SECUNDA.

### *Pantheismus.*

---

#### Caput primum.

##### *Cogitationes de pantheismo generales.*

**Q**uam variae quamque inter se discrepantes sint de pantheismo sententiae, nemo nescit, qui vel semel tantum historiam philosophiae et praesertim recentioris evolverit. Omnes vero in hoc consentiunt, quod illo verbo nihil exprimendum sit nisi: omnia esse Unum, et Unum esse omnia; sive, quum hoc Uno deus significetur: omnia esse deum, et deum omnia esse. Et quum variae sint de deo ipso opiniones, quid mirum, quod de pantheismo notionem minime certam minimeque eandem habemus? Necesse igitur est, ut primum dei nomen respiciamus.

Iam supra in introductione memoratum est, sub nomine dei nihil nisi summam intelligentiam percipiendam esse. Hoc unum hîc notari velim, quod, (praeterquamquod haec una dei significatio sola hominibus curae cordique est,) si dei nomen etiam non intelligenti atque impersonali deo indatur, qui est modo is qui est, sed sibi ipsi dicere nequit: Ego sum, qui sum \*) — quod tum, inquam, tanta sit verbi ambiguitas, ut per omnes partes doctrinae religionis philosophicae penetret. Ergo ubicunque de deo sermo est, ibi summa, maxime viva suique conscia intelligentia subaudienda est. Sed hanc dei explicationem cum pantheismo non coniungi posse, per se manifestum est. Nam prima quidem enuntiationis pantheisticae pars: „deum omnia esse“ etiam a philosophis theisticis obtinetur, quum et ipsi doceant cum pantheistis, deum esse substantiam substantia-

---

\*) Conf. G. F. Jacobi, B. 2. p. 476 et B. 4. esse Abth. p. 218.

rum, sine qua nihil esse, et ne cogitari quidem possit. Verum tamen altera pars illius enuntiationis: „omnia esse deum“ nullo modo cum theismo concordat. Quem ad modum enim fieri potest, ut omnia, quae sunt, summam illam, maxime vivam suique consciam intelligentiam expriment? Nam omnia, quae sunt et esse possunt, in deo esse, hoc quidem omnes ad unum philosophi theistici religiosique docent; sed omnia esse ipsum deum, ita ut una eademque essentia divina gaudeant, hoc ab eo tantum potest contendi, qui omnia sensus nostros superantia prorsus infitatur. Quod idem pantheismus satis superque docet. Ex quo deus non nisi caeca quaedam rerum radix est, quae sane illo nomine indigna est habenda; et quamquam in variis pantheismi formis deus sive, id quod magis quadrat, Unum varias habet significationes, deus sive Unum pantheisticum maxime a theistico abhorret. Quemadmodum enim secundum theismum veramque religionis philosophiam entia finita seiuncta sunt a deo tamquam



**Infinito** — id quod apud cabbalistas est **En-soph** — : ita contra secundum pantheismum falsamque religionis philosophiam entia finita cum Infinito sive En-soph ab aeternitate sunt coniuncta. Quemadmodum porro secundum theismum sine deo non est mundus, verum tamen sine mundo deus est, ita secundum pantheismum et sine deo non est mundus, et — id quod notandum est — sine mundo deus non est. Ex his, quae inter theismum et pantheismum intercedunt et ex diverso dei nominis sensu proficiscuntur, discriminibus clare elucet, pantheismi systemate id intelligi, quo omnia, quae sunt et esse possunt (sive omnis rerum universitas) unam eandemque substantiam efficere putantur, quae sive deus sive Unum est et nullo modo extra vel praeter hanc rerum universitatem invenitur; uno verbo, secundum pansheismum deus cum mundo identificatur.

Quod ad varias pantheismi formas pertinet, omnia, quae modo dicta ratione significata sunt, sive inhaerentiae sive ema-

nationis systemata pantheistica aut materialistica, aut idealistica, aut denique dualistica sunt. Per se quidem et psychologicus et universalis materialismus, idealismus, dualismus aut neque theisticus neque pantheisticus atheisticusque est — id quod Iacobius de Fichtiano transcendentali idealismo adnotavit \*) — aut pure theisticus esse potest; id quod philosophi theistici Priestley materialista, Berkley idealista, Cartesius dualista satis superque ostendunt. Et revera quid mirum, quod, si deus et sensus nostros quam maxime superat et ne mente quidem ullo modo comprehenditur, cum his tribus systematibus purissimus verusque theismus consentit? Quid huic cum illis? nisi forte religio una eademque credatur atque philosophia. Sed quum ex pantheismo omnia, quae sunt, Unum sive deus sint, illa tria supra memorata systemata, si ad pantheismum transferantur, minime theistica nominari possunt.

---

\*) J. G. Jacobi, B. III. p. 6.

Nam aut hoc Uno sive deo materia, ita ut entia cogitantia nihil nisi ab illa derivata sint, aut intelligentia absoluta, cui omnia materialia subordinata sunt, aut denique naturae materialis et intellectualis absoluta unitas identitasque significantur. Hoc modo omnia, quae inde ab antiquissimis temporibus usque ad dies hodiernos orta sunt, systemata pantheistica triplicia tantum esse possunt: aut materialistica, aut idealistica, aut dualistica \*). Et quum sic integra variarum pantheismi formarum enarratio fieri possit, in his, quae sequuntur, tribus capitibus succincte quidem — id quod loci angustiarum causa fit — sed proposito meo apte eum descripturus sum.

---

\*) Vid. Vermischte Schriften von Kraus, herausgegeben von Auerwald, mit einer Vorrede und Abhandlung von Herbart, 5r Bd. p. 14 etc., et Fälsche: Der Pantheismus, B. I. p. 57.

---

## Caput secundum.

### *Pantheismus materialisticus.*

**P**raetermissis et philosophiis Eleaticis in pantheismo describendo in universum, quorum doctrina, etsi, omnia esse Unum, et Unum esse omnia, omnium prima enuntiavit in formam disciplinae, tamen propterea, quod partim omnem rerum multitudinem itaque omnem mundum sensibilem prorsus negavit (οὐδὲν γὰρ ἐστὶν ἢ ἔσται ἄλλο παρὰ τοῦ ἑόντος cantat Parmenides in Ἑπη περὶ φύσεως, v. 90—91) partim etiam sceptica itaque imperfecta erat, haudquaquam pantheistica nominari potest, et proprie dictis materialistis; qui, quamquam de mea opinione huc pertinere videantur, tamen propterea, quod partim omni integro inque se conhaerenti systemate plane carent, partim omnes ad unam notionem theisticas omnino repudiant atque irrident, hoc loco memorandi non sunt — pantheistis materialisticis eos in primis adnumerabo, qui etiam magna ex

parte hylozoistae appellari solent. Et quum hic, qui vocatur, hylozoismus modo inferior, ubi entia cogitantia ab incogitanti materie derivantur, modo sublimior, ubi natura cogitans, nomine animae mundi, ab inerti materie diversa quidem sed non seiuncta est, nobis offeratur, ex Graecis philosophis, quorum plurimorum fere systemata hylozoistica erant, tantum 1) Ionicos de natura philosophos, 2) Aristotelem, 3) Stoicos, et ex recentiori tempore solum 4) Iordanum Brunum eligam, qui omnes pantheismum materialisticum repraesentare soli mereri mihi videantur.

## I.

### Ionici de natura philosophi.

A. Thalys pantheismus materialisticus hisce placitis est expressus.

1. Omnia, quae sunt, ex aqua emanarunt sive se evolverunt. Aristoteles Metaphysic. I. 3.

2. Deus, quippe qui aquam illam permanet, vivificet, animet, est quidem ea

mens, quae (secundum Cic. de nat. deor. I. 10.) ex aqua cuncta finxit, neque tamen extra aquam neque supra invenitur, sed ipsi aquae est inditus itaque nullo modo intelligentia mundum formans esse potest.

3. Omnia deorum sunt plena. Aristoteles de anima L. 1. c. 2.: *Καὶ ἐν τῷ ὄλῳ τινὲς ψυχὴν μεμίσχθαι φασὶν· ὅθεν ἕως καὶ Θαλῆς ἐρήθη, πάντα πλήρη θεῶν εἶναι.* Idem de mundo c. 6.: *πάντα θεῶν πλέα, καὶ δι' ὀφθαλμῶν ἰνδαλόμενα ἡμῖν, καὶ δι' ἀκουῆς, καὶ πάσης αἰσθήσεως.*

B. Etiam crassior est Anaximandri pantheismus, qui hoc modo cognosci potest.

1. Omnia sunt Unum et hoc Unum est omnia. Non est inter materiem primam et vim primam discrimen; id quod Thales docuit. Sed hoc Unum, ex quo omnia evoluta sunt, Infinitum est sive τὸ ἄπειρον, quod est omnium rerum principium sive ἀρχή. Vid. Aristot. de coelo III. 5. Physic. III. 4. et I. 4.

2. Huius Unius natura materialis est, varia elementa in se permixta continens. Ibid.

3. Hoc Infinitum, ex quo omnia gradatim

adscenderunt, deus est, et tali modo, quamquam partes mutantur, ipsum commutari numquam potest. Aristoteles Phys. III. 4.: καὶ τοῦτο (τὸ ἄπειρον) εἶναι τὸ θεὸν ἀθάνατον καὶ ἀνόλεθρον.... Diogen. Laert. II, 1.: οὗτος (ὁ Ἀναξίμανδρος) ἔφασκεν ἀρχὴν καὶ στοιχεῖον τὸ ἄπειρον, οὐ διαρίζων ἄερα ἢ ὕδωρ ἢ ἄλλο τι· καὶ τὰ μὲν μέρη μεταβάλλειν, τὸ δὲ πᾶν ἀμεταβάλλητον εἶναι. Conf. Simpl. comm. in Arist. phys. p. 6.

C. Anaximenes, qui ab Infinito entia finita proficisci posse negat, sic de naturae origine philosophatur.

1. Aër est Infinitum, ex quo omnia genita sunt, gignitur autem terra, aqua, ignis, tum ex his cetera. Cicer. Acad. quaest. IV. 37.

2. Quemadmodum anima hominis corpus (quum anima nihil nisi aër sit) permanat gubernatque, sic aër, qui est deus, totum mundum tamquam spiritus ambit, Stobae. Eclog. Cic. de nat. deor.

Quod idem fere docet Diogenes Appoloniates, quem idcirco praetermitto.

**D.** Restat, ut de Heraclito loquar, cuius cosmogonia haec fere est.

1. Ignis est simul elementum primum (στοιχείον) et principium (ἀρχή) omnium rerum omnisque vitae. Ex igni igitur omnia sunt orta. Simplic. comm. in Arist. phys. p. 6. Diog. Laert. IX. 6.

2. Universum neque a deo neque ab homine formatum est, sed est, fuit, erit ignis aeternus, vivus, intelligentiâ praeditus. Stob. Eclog. phys. p. 58. et 154. Aristot. de coelo I. 10. Clem. Alexandr.

3. Hic ignis originarius perennis est interituique non obnoxius, omnes vero eius mutationes modo oriuntur, modo evanescent. Omnia enim sensibilia sunt et non sunt, id est, omnia ita semper fluunt, ut fiant tantum neque sint umquam. Arist. de coelo III. 1. et Metaphys. IV. 7. Plato in Kratyl.

4. Mundanus ille ignis divinus est, imo deus ipse; nam operatur et format secundum leges necessitatis rationisque. Plut. de placit. philos. I. 28.



De Pherecyde, qui mythologice est philosophatus, taceo; eodem modo de Pythagorico systemate.

## II.

### Aristoteles.

Iam ex eo, quod Aristoteles in omnibus suis disquisitionibus, contra methodum praeceptoris sui, Platonis, semper analytice philosophabatur, iamque ex ea, quae omnibus systematibus empiricis supposita est, sententia notissima, quâ nihil est in intellectu, quod non antea fuerit in sensu, satis divinari possit, quomodo de theologia sentiat. Et revera eius pantheismus materialisticus, quamquam de deo raro tantum loquitur, tamen ex sequentibus apparebit.

1. Omnia, quae sunt, sive mundus sive natura (*κόσμος*-sive *φύσις*) ex materie et forma constant. Materia enim omnibus entibus substrata est; forma autem eius tamquam anima est, quae illam erudit atque perficit.

2. Formae cum materia coniunctione no-

tiones quaedam universales atque abstractissimae oriuntur, e quibus tamquam categoriis, et non ex absoluto quodam unico principio, omnia, quae metaphysice existunt, explicari debent. Ex categoria temporis motus proficiscitur.

3. Motus sicut mundus neque initium cepit, neque unquam esse desinet. Quum vero fieri non possit, ut unum altero per regressum infinitum moveatur, aliquid esse debet, quod movet, verum tamen non movetur.

4. Hoc, quod movet et numquam movetur, motus est principium, imo deus ipse est, qui est simul vitae principium, similisque animae humanae nihil est per se sine corpore \*).

---

\*) Hi sunt loci, qui mihi digni esse videntur, qui hinc citantur: Aristot. phys. II. 8.: καὶ ἐπεὶ ἡ φύσις διττή, ἡ μὲν ὡς ὕλη, ἡ δὲ ὡς μορφή· τέλος δὲ αὕτη, τοῦ τέλους δὲ ἕνεκα τὰ ἄλλα, αὕτη ἂν εἴη ἡ αἰτία, ἡ οὐ ἕνεκα. Idem de coelo II. 3.: Θεοῦ δὲ ἐνέργεια ἀθανασία· τοῦτο δὲ ἐστὶ ζωὴ αἰδίου, ὥστε ἀνάγκη τῷ θεῷ κίνησιν αἰδίου ὑπάρχειν. Ibid. I. 12.: ἅπαν ἄρα τὸ αἰεὶ ὄν ἀπλῶς ἀφθαρτον, ὁμοίως δὲ καὶ ἀγέννητον .. Denique Metaphys. XI, 7.: φαμὲν δὲ τὸν θεὸν εἶναι ξῶν

## III.

**Stoicorum de naturâ philosophia.**

Zenonis, tamquam auctoris scholae Stoicae, consilium nullum aliud fuisse, nisi ut philosophiae moralis religionisque iura scientia arteque dialectica conservarentur, nemo est qui negaverit. Sed Stoicis etiam hoc persuasissimum erat, quod omnia, quae vere realia essent atque metaphysice existent, corporea esse deberent. Necessè igitur est, ut eorum de natura philosophia materialistica et quidem sub forma pantheistica evadat. Quod verum esse, haec de natura placita demonstrent.

I. Omnium, quae sunt, rerum principia (*ἀρχαί*) duo sunt, activum et passivum. Hoc est nihil aliud nisi prima materia; illud nonnisi deus, qui illi inhaeret, eam format atque animat. Diog. Laert. VII. 134.

---

*ἀίδιον, ἄριστον ὥστε ζωὴ καὶ αἰὼν συνεχὴς καὶ αἰδῖος ὑπάρχει τῷ θεῷ. Τοῦτο γὰρ ὁ θεός.* Conf. alios locos insuper. Praecipue etiam hic videndum est systema illud pantheisticum, quod ex Aristotelis operibus commentator Arabicus ille notissimus, Averroes, deduxit.

2. Hic deus cogitari debet tamquam ignis artificialis, qui omnia ex se gignit. Diog. Laert. VII. 156.

3. Omne Unīversum tripliciter considerari oportet, primum quā naturam naturantem, tum quā naturam naturatā, denique quā harum duarum nāturarum identitatem. Diog. Laert. 70.

4. Natura igitur est artificiosa et simul artifex, atque, quum eius leges vere divinae censi debent, summa sapientia summaque necessitate divina agit. Diog. Laert. VII. 148. Cicero de natura deor. II. 22.

5. Universus mundus, hoc ἐν καὶ πᾶν, cuius duo principia animae corporique humano respondent, immortalis, vivus, perfectus, rationalis, in se denique beatus est. Diog. Laert. VII. 147. \*)

---

\*) Ut Stoicorum pantheismus materialisticus etiam clarior fiat, hi loci originales sequantur hoc modo. Diog. Laert. VII. 156.: δοκεῖ δὲ αὐτοῖς, τὴν φύσιν εἶναι πῦρ τεχνικόν, ὁδῶ βαδίζον εἰς γένησιν, ὅπερ ἔστι πνεῦμα πυροειδὲς καὶ τεχνοειδές. Ibid. 148: ἔστι δὲ φύσις ἑξὶς ἐξ αὐτῆς κινουμένη κατὰ σπερματικὸς λόγους, ἀποτελοῦσα τε καὶ συνέχουσα τὰ ἐξ αὐτῆς ἐν ὀρισμένοις χρόνοις — καθ' εἰμαρμένην δὲ φασὶ πάντα γίνεσθαι

## IV.

## Iordanus Brunus.

Huius propter vitam atque doctrinam nobilissimi philosophi systema pantheisticum sub forma materialistica, etsi sublimiore modo, propositum esse, quum in dialogo illo notissimo recentioris cuiusdam sapientis \*) tum in his, quae sequuntur, secundum epitomen Iacobianam \*\*) ordinatis placitis manifestum esse videatur.

1. Est primum et perfectissimum principium omnis existentiae, quod deus est. Hoc principium omnia esse potest et omnia est.

2. Hoc Unum igitur simul est formalis, materialis, efficiens omnis Universi causa; id est, hoc Unum est natura naturans.

---

Χρύσιππος καὶ Ποσειδώνιος. Ibid. 147.: Θεὸν δὲ εἶναι ζῶον ἀθάνατον λογικόν, τέλειον ἢ νοερὸν ἐν εὐδαιμονίᾳ, κακοῦ παντὸς ἀντιπρόσθετον, προνοητικὸν κόσμου καὶ τῶν ἐν κόσμῳ.

\*) Bruno, oder über das natürliche und göttliche Prinzip der Dinge, von Schelling.

\*\*) G. S. Jacobi, 4r. B. II. Abth. I. Beilage. Auszug aus Jord. Bruno's Werk: de la causa, principio et uno.

3. Haec natura naturans, quae est omnium rerum universalis atque efficax causa, etiam universalis ratio divina appellatur, quae est omnia, et omnia producit; atque haec ratio divina, quum nihil nisi mundi forma sit, eadem est atque anima mundi universalis.

4. Haec anima mundi in omnibus est, non supra Universum neque extra; quum substantia non extra substantialia esse possit.

5. Eodem modo natura naturata, tamquam aeternum Universum, omnia est, quae esse possunt, quum omnem materiem una cum aeterna atque immutabili forma in se contineat.

6. Materia principium est, quo omnes et sensuales et intelligentes substantiae, uno verbo omnia, quae sunt, orta sunt. Materia vero esse est; et quum hoc esse omnia sit omniaque esse possit, materia omnia in omnibus est.

7. Quum materia omnia sit omniaque fiat, nihil certi materia esse potest. Per

se igitur nullam formam habet; non quod omni forma nudata est, sed contra, quod omnes ad unam formas comprehendit, et propterea nullam certam formam possidet.

8. Materia igitur una eademque est atque illa forma, quae est omnium fortuitarum formarum forma atque fons, hoc est, materia una eademque est atque anima mundi. Itaque forma et materia, mens et corpus Unum absolutum efficiunt; quod est immortale infinitumque Universum \*).

---

### Caput tertium.

#### *Pantheismus idealisticus.*

**Q**uemadmodum secundum pantheismum materialisticum omnia, quae sunt et esse pos-

---

\*) Hic unus locus prae ceteris ex libro: de la causa, princ. et uno, p. 49. citatus hic legatur: Discono: Voi me scuoprite qualche modo verisimile con il quale si potrebe mantener l'opinion d'Anaxagora che voleva ogni cosa essere

sunt, unam atque unicam substantiam materialisticam exprimunt, ita contra summa omnis pantheismi idealistici sententia est: omnia, quae realiter existant, absolutam esse intelligentiam, tamquam mundi intellectualis unici principium, ut mundus sensibilis prope nihilum sit. Huic systemati idealistico proprie omnes ad unum mystici philosophi, si consequentes esse velint, se dedere coacti sunt. Sed tamen, quum eorum philosophiâ phantasia magis quam mens occupetur, hîc tantum ad systemata speculativa respici potest. Et quum etiam hîc pantheismus modo sub forma emanationis, modo sub forma inhaerentiae sive immanentiae, id est κατ' ἐξοχὴν offeratur, de omnibus variis pantheismi idealistici formis, quae cunctae in duplex illud genus

---

in ogni cosa, perche essendo il spirito ó anima ó forma universale in tutte le cose; da tutto si può produr tutto. Theophilo: non dico verisimile ma vero, perche quel spirito si trova in tutte le cose le quali se non sono animali, sono animate, se non sono secondo l'atto sensibili d'animalità et vità: son però secondo il principio et certo atto primo d'animalità et vità et non dico divantaggio.



pantheisticum redigi possunt, has quattuor, quae binae unius generis sunt, ad hoc totum systema repraesentandum depromam. Describam igitur, quam breviter potero, 1) Indorum philosophiam, 2) Neo-Platonismum Alexandrinum, quae duo systemata sunt emanativa quoque; 3) doctrinam Fichtianam, 4) doctrinam Hegelianam, quae duae eum, qui proprie vocatur, pantheismum eumque idealisticum docere videantur.

## I.

### Indorum philosophia.

Illi propter summam antiquitatem summamque argumenti gravitatem celeberrimi libri, qui Vedae nominantur, quum omnino omnis litteraturae Indicae fontes sunt, tum variarum religionis formarum, nominatim quattuor illarum notissimarum: Brahmaisimi, Schivaismi, Wischnuismi, Buddhismi, originem exhibent. Quod ad Vedas ipsas pertinet, hae, quae quattuor sunt: Rigveda, Yajurveda, Sâmaveda, Atharraveda, quoad

religionem purissimum theismum docent. Quod vero ad varias illas, quas modo appellavi, quattuor religiones attinet, Schivaismus et Wischnuismus, qui quâ religiones populares non modo in Vedis, sed etiam in libris mythologicis, qui Puranae vocantur, nituntur, ex magna parte sunt materialistici, imo. polytheistici; quare de iis hîc nullo modo sermo esse potest. Et quum de Buddhistarum philosophia in capite sequenti demum propter rei naturam loqui liceat, nihil restat nisi ut de Brahmaismo aliquid hoc loco dicatur. Brahmaismus, quâ religio antiquissima Indorum, quae originalem suam formam ex pluribus fortasse annorum millibus amisit, ut Vedaee ipsae, pulcherrimum monotheismum in se continet. Sed illae epitomae Vedarum, Oupnekhatae sive Oupanischadae, quamquam sine pretio critico sunt, tamen pantheismum emanativum idealisticum offerunt, qui, ex parte in Vedis nisus, hodie quoque in schola philosophica quadam, Vedanta, maximam habet auctoritatem. Itaque

pauca admodum hīc ex epitomis illis, quae e Persico in linguam latinam ab Anquetilo du Perron conversae sunt, excerpturus sum \*).

1. Deus omnium essentiarum essentia est; est omnia; est spiritus (atma) verus. Oupnekh. I. Brahm. XVII. Tom. I. p. 60.

2. Deus est Brahma, naturae totiusque mundi anima universalis, qua extincta omne Universum evanescat. Oupnekh. I. Br. XIII. Tom. I. p. 46.

3. Sed etiam Universum Brahma (deus) est, ortum est ex Brahma, consistit in Brahma, rursusque ad Brahmae essentiam redibit; Brahma est sol, ventus, mare, terra, uno verbo omnia in omnibus. Oupnekh. I. Br. IV. Tom. I. p. 23. et Br. XIV. Tom. I. p. 45—50.

4. Ante omnia spiritus absolutus erat, Brahma, qui cum Wischnu et Schiva unam eandemque essentiam divinam efficit; hoc principium intelligibile manifestatum est

---

\*) Conf. Iones, Colebrooke, Fr. Schlegel aliosque; praeprimis: Das alte Indien von Prof. v. Böhlen.

quâ externus et internus sensus. Ex hoc sensu interno mundus idealis ad perfectionem suam pervenit; ex externo autem sensu principii intelligibilis primum ignis, tum ex hoc aqua, ex hac rursus terra cum suis omnibus thesauris etc. enata sunt. Oupnekh. VII. Brah. LXXX. Tom. II. p. 1—4. Conf. etiam alios locos.

## II.

### Neo-Platonismus Alexandrinus.

Ut ad Absoluti huiusque cum mundo cohaerentiae cognitionem perveniri possit, secundum omnes Neo-Platonicos et praecipue secundum Plotinum, qui est huius doctrinae theosophicae perfectior, neque ideae neque rationes sufficiunt — quippe quibus indirecta tantum scientia conciliari queat — sed intuitione quadam intellectuali opus est, quae, in ratione purâ nisa, apud paucos admodum homines inprimisque apud philosophos tantum reperitur, qui omni sensualitate deleta per ecstasin sibi eam comparare possunt. Ab hac intuitione

intellectuali, quippe qua Absolutum Infinitumque directe percipiatur, profectus, Plotinus hoc modo philosophatus est.

1. Unum, quod omnia est, omnium primum est, non intelligentia, non forma, non esse. Hoc Unum omnium rerum essentia est, et propterea neque aliquid, neque quantum, neque quale, neque intellectus, neque animus, neque motum, neque quiescens, sed potius sine forma atque omnino incomprehensibile notionibus, comprehensibile praesentia, quae plus valet quam omnis cognitio. Ennead. VI. L. 9. c. 2. et Enn. VII. L. 9. c. 3.

2. Hoc Unum sibi sufficit, neque aliud neque se ipsum cognoscit. Ennead. VII. L. 9. c. 6.

3. Deus non extra nos quaerendus est; nam nullo loco determinatus est. In eo, qui illud Unum est, spiramus atque vivimus. Ennead. VI. L. 9. c. 7. et c. 9.

4. Ex hoc Uno primum emanavit intelligentia, quae est omnium intelligentiarum generatrix, tum ex hac animus animorum;

omnium autem imperfectissima materia est. Ennead. L. 1. c. 6. et L. 2. c. 1. etc.

5. Quemadmodum prima intelligentia principium est mundi intellectualis, quippe qui sit solus realis, ita animus principium est mundi sensibilis, qui illius tantum effigies est. Nihil enim in rerum natura sine ratione sineque anima invenitur. Ibid. pluribus locis.

6. Omnia, quae fiunt in mundo, necessario fiunt. Ennead. VI. L. 7. c. 8—10. Ennead. IV. L. 4. c. 4. 5. Enn. VII. L. 2. c. 3.

Prætermisiss Plotini discipulis atque successoribus, nominatim Porphyrio, Iamblichio, Proclo, Synesio, qui omnes, etsi alius alio modo systema Plotinianum tractavit, tamen quoad rei caput in uno eodemque cum illo consentiunt, huc praeterea referendi sunt Iohannes Scotus Erigena, Cusanus, Ficinus, Patricius, Cudworth, Campanella multique alii, qui ad unum omnes plus minusve philosophiae Alexandrinae acceperunt atque ad suas ideas accomodarunt,

## III.

## Doctrina Fichtiana.

In doctrina Fichtiana accurate consideranda duae formae apparent: una, quae est primitiva atque, idealismo transcendentali soli dedita, inde ab anno 1794—1804 conservabatur, altera, quae systemati Schellingiano appropinquans iis, qui ab anno 1804—1813 editi sunt, libris continetur \*). Quum autem illis primis scriptis, ubi mundi ordo moralis deus appellatur, claris verbis atheismus doceatur, hîc, ubi de pantheismo idealistico solo sermo est, posteriorum tantum ratio haberi potest. Quapropter pauca ex iis praecipue libris, qui infra per 2) et 3) citati sunt, excerpta hoc loco sequantur.

1. Absolutum sive *et* ego absolutum sive denique deus est verum esse et vera vita. Omne autem esse. vivum est, neque est ulla

---

\*) Huc pertinent 1) Die Berliner Vorlesungen (1804). 2) Die Erlanger Vorlesungen (1805). 3) Anweisung zum seligen Leben (1806). 4) Allgemeiner Umriss der Wissenschaftslehre (1810). 5) Vorträge aus der angewandten Philosophie (1813).

vita sine esse sive deo, qui in sciendo solum se manifestat.

2. Homines soli scientiam divinam repraesentant; scientia sola, sicut in hominibus apparet, unica est forma, quâ esse infinitum revelatur. Cogitatio igitur proprius est mundi creator.

3. Natura materialis revera non est, et tamen esse debet, ut homines, qui soli sunt, contra eam certent atque contendant.

4. Haec porro natura materialis nihil est nisi finis absolutus, atque proprium  $\mu\eta$ -ov cogitari debet, quod quâ negativum eatenus tantum semper vitam accipit, quatenus vita rationalis eam ex sese ipsi suppeditat.

#### IV.

##### Doctrina Hegeliana.

Quamquam notum est, scholam Hegelianam ex Schellingiana profectam esse, tamen illa hîc iuxta Fichtianam locum suum iure obtinet, quod cum tribus Fichtianis axiomatibus, these, antithese, synthese similitudinem habet ratio Hegeliana, quâ omnis



philosophia, quae ideae sive Absoluti sive dei scientia, esse dicitur, in tres partes dividitur: in logicen realem, quae est ideae per se scientia, in naturae philosophiam, quae est scientia ideae in suo aliter-esse, in philosophiam denique de spiritu, qui est idea ex suo aliter-esse in se ipsam regressa \*). Quare mihi aptissimum videtur, si, ad nostri auctoris pantheismum idealisticum breviter comprehendendum, ex tribus illis partibus, quantum sufficit, depromam hoc modo .

1. Absolutum sive idea absoluta sive deus  $\tau\delta$  esse est, quum omnes realitates deus amplectatur, itaque omnium realissimus sit. Encyclopädie der philos. Wissensch. Ister Theil. p. 101. ed. 1830.

2. Quod autem purum esse nihil aliud est nisi pura quaedam abstractio, dici etiam potest, Absolutum sive deum esse nihilum; quod idem exprimitur, si dicatur, deum

---

\*) Vide Encyclopädie d. philos. Wissenschaften v. Hegel, Dritte Ausg., qui liber omnino loco aliorum esse solus potest; praecipue — id quod huc inprimis pertinet — p. 25/26.

esse summam essentiam et nihil aliud. Esse igitur et nihilum idem est; amborum autem unitas fieri est. Ibidem. p. 101. 102. 103. seq.

3. Idea absoluta nominari etiam potest ratio (*κατ' ἐξοχήν*), porro subiecto-obiectum, idealium et realium sive animi et corporis unitas, rerum finitarum et Infiniti identitas, denique ea, cuius natura non nisi existens concipi potest. Ibid. p. 204.

4. Natura, quae est idea in suo aliter-esse, negativum quoddam, non-ens est, et per se tantum, id est in idea, divina; sicut autem est, eius esse non respondet notioni; ea potius est contradictio haud soluta. — Natura porro est graduum systema, quorum unus ex altero necessario proficiscitur. Ibid. 2ter Theil. p. 227. 229.

5. Spiritus, qui est idea absoluta ex suo aliter-esse in se regressa, triplex est: subiectivus, ad quem psychologia, obiectivus, ad quem omnis philosophia practica, absolutus denique, ad quem ars atque religio cum philosophia identificata pertinent. Ab-

solutum autem sive deum spiritum esse,  
haec est summa Absoluti definitio. Ibid.  
3ter Theil. p. 393. seq.

---

### Caput quartum.

#### *Pantheismus dualisticus.*

Secundum nostram variarum pantheismi formarum divisionem restat, ut de pantheismo dualistico nunc sermo sit. Hic autem neque naturam materialem, ut in materialistico, neque intelligentiam, ut in idealistico fit, unicam substantiam realem esse docet, sed potius contendit, et mundum corporeum et mundum spiritualem pari modo esse realem, hos duos autem mundos nisos esse in principio quodam communi, in quo tamquam deo ad absolutam unitatem atque identitatem sint coniuncti. Sub hac forma pantheismus primum apparuisse videatur in doctrina Buddhistarum esoterica, quâ essentia essentiarum neque corporea neque intellectualis sed — nihilum est; tum huc etiam pertinent duo illi Scholastici, Amal-

ricus et Davides a Dinanto. Sed hoc pantheismi genus recentiori demum tempore ad perfectionem quandam pervenit per Spinozam et Schellingium; quare hîc inprimis 1) Spinozismi, 2) absolutae identitatis systematis Schellingiani ratio habeatur.

## I.

### Spinozismus.

Ad Spinozae doctrinam quodam modo intelligendam non ad Iacobium, non ad Mendelsohnium, non ad Herderum aliosque respiciendum est, quippe qui fere omnes aliena quaedam auctori affinxerint, sed ex Ethice ipsa, quae est omnium operum Spinozisticorum caput, quanta opus sunt, tantas propositiones excerpam ipsius verbis descriptas eodemque ordine.

1. Per causam sui intelligo id, cuius essentia involvit existentiam, sive id, cuius natura non potest concipi, nisi existens. P. I Defn. 1.

2. Deus, sive substantia constans infinitis attributis, quorum unumquodque aeternam

et infinitam existentiam exprimit, necessario existit. *Propos. XI. P. I.*

3. Quidquid est, in deo est, et nihil sine deo esse vel concipi potest. *Ib. Pr. XV.*

4. Deus enim solus ex sola suae naturae necessitate existit et ex sola suae naturae necessitate agit. *Ibid. Prop. XVII. Coroll. II.*

5. Intellectus actu, sive is finitus sit, sive infinitus, ut et voluntas, cupiditas, amor etc. ad naturam naturatam; non vero ad naturantem referri debent. *Ib. Propos. XXXI.*

6. Hinc sequitur, deum non operari ex libertate voluntatis. *Ib. Propos. XXXII. Coroll. I.*

7. Res nullo alio modo, neque alio ordine a deo produci potuerunt, quam productae sunt. *Ibid. Propos. XXXIII.*

8. Cogitatio attributum dei est, sive deus est res cogitans. *P. II. Pr. I.*

9. Extensio attributum dei est, sive deus est res extensa. *Ib. Prop. II.*

10. Ordo et connexio idearum idem est, ac ordo et connexio rerum. *Ib. Pr. VII.*

11. Hinc sequitur, mentem humanam partem esse infiniti intellectus dei; ac proinde cum dicimus, mentem humanam hoc vel illud percipere, nihil aliud dicimus, quam quod deus, non quatenus infinitus est, sed quatenus per naturam humanae mentis explicatur, sive quatenus humanae mentis essentiam constituit, hanc vel illam ideam habet. Ibid. Prop. XI. Cor.

12. In mente nulla est absoluta sive libera voluntas; sed mens ad hoc, vel illud volendum determinatur a causa, quae etiam ab alia determinata est, et haec iterum ab alia et sic in infinitum. Ibid. Propos. XLVIII.

13. Nec corpus mentem ad cogitandum, nec mens corpus ad motum neque ad quietem, nec ad aliquid (si quid est) aliud determinare potest. P. III. Prop. II. — Similiter P. I. Def. II.: At corpus non terminatur cogitatione, nec cogitatio corpore.

14. Sed unusquisque ex legibus suae naturae necessario appetit vel aversatur, quod bonum vel malum esse iudicat. P. IV. Prop. XIX.

15. Quo magis unusquisque suum utile quaerere, hoc est, suum esse conservare conatur et potest; eo magis virtute praeditus est; contra quatenus unusquisque suum utile, hoc est, suum esse conservare negligit, eatenus est impotens. Ibid. Propos. XX.

16. Summum mentis bonum est dei cognitio; et summa mentis virtus deum cognoscere. Ibid. Prop. XXVIII.

17. Qui deum amat, conari non potest, ut deus ipsum contra amet. P. V. Propos. XIX.

## II.

### Absolutae identitatis systema Schellingianum.

Etiam si philosophiam Schellingianam cum transcendentali idealismo Fichtiano cohaerere, partim a priori partim a posteriori facile sit intellectu, tamen propter illius cum Spinozismo etiam maiorem similitudinem hîc locus aptissimus esse videatur, ubi identitatis systema paucis describatur.

Hoc autem propter variorum librorum multitudinem difficile est; quare ad Rixneri philosophiae historiam, qui systema Schellingianum ex fontibus composuit \*), provocare sat est quodammodo.

1. Absolutum sive deus est identitas atque indifferentia obiectivi et subiectivi.

2. Praeter absolutam identitatem, quae est principium omnis esse (natura), et praeter absolutam identitatem, quae est ens (ratio absoluta), nihil est; et in absoluta identitate, quae simul principium est omnis esse et ipsa ens est, omnia sunt. Omnia igitur, quae sunt, revera sunt ipsa absoluta identitas atque per se Unum.

3. Ubique et in natura et in ratione una eademque est essentia, modo quod in his rebus reale quoddam, in aliis ideale praevallet.

4. Ut vero Absoluti cum mundo cohaerentia facile comprehendatur, haec fiat systematis delineatio notissima:

---

\*) V. Handbuch d. Geschichte d. Philos. v. Rixner. B. III. p. 360. seq.



**Argumentum philosophiae est  
Deus  
essentiam suam manifestans in  
Universo**

**τοῦ esse.**

**et**

**τοῦ scire.**

**Potentiae realis Universi sunt: Potentiae idealis Universi sunt:**

**gravitatio, (A<sup>1</sup>) materia,**

**veritas, (A<sup>1</sup>) scientia,**

**lux, (A<sup>2</sup>) motus,**

**bonitas, (A<sup>2</sup>) religio,**

**vita, (A<sup>3</sup>) organismus.**

**pulchritudo, (A<sup>3</sup>) ars.**

**Supra potentias sive omni potentia carentes  
sunt tamquam Universi exemplaria:**

**homo (microcosmos),**

**civitas,**

**mundi systema (Universum  
externum).**

**historia.**

## Sectio tertia.

### ***Philosophiae cabbalisticae cum pantheismo comparatio et utriusque diiudicatio.***

---

#### Caput primum.

*Philosophiae cabbalisticae cum pantheismo similitudo.*

**Q**uum in hoc opusculo suscipiendo consilium meum duplex esset: primum ut philosophiam cabbalisticam ex fontibus primariis haurirem — id quod sectione prima iam est absolutum —, deinde ut illius et pantheismi quum similitudo tum praecipue differentia intelligeretur; nunc demum, quum variarum pantheismi formarum integra, ut crediderim, descriptio facta sit, hoc posterius consilium peragi potest. Antequam autem ad rem ipsam, quam breviter potero,

tractandam transeo, hoc unum, id quod per se quidem apertum est, teneri pervelim, quod in hac comparatione de ea tantum philosophia cabbalistica, quae ut primaria in sectionis primae capite secundo, non vero de ea, quae ibidem capite tertio ut secundaria proposita est (de qua infra cap. 3.), sermo esse queat.

Partim emanationis systema in universum, partim inprimis cabbalismus cum pantheismo confunditur saepenumero. Illud recentiori tempore praeprimis facit laesche (in illo iam supra memorato libro de pantheismo), hoc praecipue F. H. Jacobi, qui diserte docet, philosophiam cabbalisticam, quâ philosophiam, nihil aliud esse, nisi inexplicitum Spinozismum \*). Quod igitur contra illam confusionem in universum dici potest, id neque huc pertinet, et videre licet inprimis apud Heidenreichium \*\*) et

---

\*) V. Ueber die Lehre des Spinoza, in Briefen an Herrn Moses Mendelssohn. B. IV. 1 Abtheilung p. 217. seq.

\*\*) V. Betrachtungen über die Philos. der natürlichen Religion. B. II. p. 162. seq.

apud Ritterum \*); mihi quidem de philosophia solum cabbalistica propositum est loqui. Antequam autem discrimen essentiale, quod inter eam atque inter pantheismum itaque etiam Spinozismum intercedit, clarissime ostendam, necesse est, ut, et rei naturae causa et ad illius confusionis possibilitatem comprehendendam, prius de similitudine sermo sit.

Quod primum ad generalem inter philosophiam cabbalisticam et pantheismum similitudinem attinet, haec potissimum in his est:

1. In utroque systemate omnis philosophia ab uno principio derivatur.

2. In utroque porro hoc principium non modo cognoscendi sed etiam simul essendi fiendique esse putatur.

3. Hoc principium cognoscendi simulque reale in utroque systemate deus appellatur.

4. Unde sequitur, ut et in philosophia

---

\*) V. Abriss d. philos. Logik, v. Prof. Ritter in Berlin.

cabbalistica et in pantheismo religio cum philosophia coincidat.

5. In utroque systemate denique deum omnia esse docetur: id est, deum considerari debere eam substantiam, in qua realitatum universitas sine omnibus limitibus ad absolutam atque inseparabilem unitatem coniuncta sit; eum porro principium cogitandum esse, quod tale ex se, a se, per se existat; eum denique essentiam essentiarum contemplandum esse, quae sit omnis derivati esse causa, sine qua nihil esse, imo nihil cogitari possit. In quo hoc unum tenendum est, quod in hac sententia, quâ deus eatenus omnia esse dicitur, quatenus sine eo, tamquam essentia essentiarum omniumque rerum possibilium atque actualium radice, nihil neque esse neque cogitari potest, non modo cabbalistae et pantheistae, sed etiam ad unum omnes theistici philosophi consentiunt. Quis enim est, qui hanc puram sublimemque de deo doctrinam non maxima cum voluptate confiteatur? De hac re tamen infra.

Ut vero in philosophia cabbalistica

cum pantheismo conferenda ad specialem inter illam atque huius triplicem formam nunc respiciatur similitudinem, secundum sectionis antecedentis ordinem rem tractabimus. Quod igitur primum ad specialem inter cabbalismum et materialisticum pantheismum, quâ huius primam formam, similitudinem pertinet, facile fieri potest, ut ii, qui, ut Helmontius et Morus, philosophiam cabbalisticam ita ordinant, ut essentiam divinam dividi posse a cabbalisticis doceri videatur, non minus quam ii, qui, ut Bruckerus et Iaeshe, deum non sub imagine lucis sed revera quâ materiam quandam subtilissimam cogitasse philosophos Iudaicos contendunt, in primi rerum principii notione similitudinem quandam sese reperisse credant. Nam illo posito atque concesso, et Ionici philosophi et Aristoteles et Stoici et denique Iordanus Brunus cum philosophia cabbalistica consentiant in eo, quod 1) aeterna quaedam prima materia tamquam principium ex quo sumatur; 2) huic principio vis quaedam primaria tamquam prin-

cipium per quod indatur; 3) ratio quaedam  
 atque lex accipiat, ex qua rerum finita-  
 rum diversitas comprehendatur. Quum au-  
 tem illud neque poni neque concedi liceat,  
 atque omnino, quia omnis in deo multitudo  
 menti cabbalistarum prorsus repugnat, ad  
 cabbalismi doctrinam secundariam pertineat,  
 illa falsa quidem similitudo in sequentem  
 mutanda est. Si primum ad Ionicos atque  
 Stoicos philosophos spectamus, videre licet,  
 eodem modo, quo cabbalistae lucem, etsi  
 symbolice tantum, Heraclitum et Stoicos  
 ad Infiniti cum rebus finitis cohaerentiam  
 comprehendendam ignem quendam sublimio-  
 rem assumpsisse. Tum et omnes ad unum  
 Ionici philosophi, Thales, Anaximander,  
 Anaximenes, Heraclitus, et Stoici una cum  
 cabbalisticis docent, mundum non aeternum,  
 sed ortum esse emanatione sive evolutione.  
 Respectu autem Aristotelis atque Iordani  
 Bruni haec etiam fortasse inter eos et phi-  
 losophiam cabbalisticam similitudo est, quod,  
 quemadmodum Aristoteles materiam prope  
 nihilum ( $\mu\eta\text{-ov}$ ), formam autem, tamquam di-

vinam mundi animam, omnia demum gignere docet, Iordanus Brunus autem dicit, materiem, quâ omnium formarum generatricem, propterea quod omnia in omnibus sit, nihil seperati esse posse, ita cabbalismus (v. supr. sect. prim. cap. 2. enunt. III.) modo omnia entia finita prae deo nihilum esse ait, modo deum propter incomprehensibilitatem nihilum nominat. Tandem omnes ad unum pantheistae materialistici cum cabbalistis conveniunt, deum esse animam mundi; ita ut, quemadmodum omnes, qui supra pantheismo materialistico adnumerati sunt, communis de mundi anima opinionis causa hylozoistae appellantur, etiam cabbalistae, etsi sensu diverso, (vid. ibid. en. XXIII) deum ad mundos eandem habere relationem dicunt, atque animum humanum ad corpus.

Sed ut ad cognitionem inter philosophiam cabbalisticam et alteram pantheismi formam investigandam transeam, in universum haec potissimum similitudo prae aliis intercedere videatur, quod, quemadmodum secundum pantheismum idealisticum — haec



enim est altera forma — ab intelligentia omnia derivantur, ita cabbalismus (v. ibid. en. IX. XIII. sequ.) cogitationem omnium esse supremam diserte docet. Haec similitudo etiam maior esse possit, si ad doctrinam eam cabbalisticam respiciamus, quae nomine cabbalistarum inter alios etiam ab historiographo philosophico Bruckero descripta est: ibi enim plane scriptum est, omnia quaecunque sint, spiritum esse. Quoniam vero hoc falsum esse, et ex nostra supra proposita doctrina cabbalistica primaria manifestum est, et infra demonstrabitur, similitudo illa prior sufficere debet. Quae ut etiam specialior fiat, ad singula pantheistica systemata idealistica rursus spectandum est. Si igitur primum ad Indorum et Neo-Platoniorum philosophiam, prout supra est descripta, cum cabbalistica comparandam transgrediamur, haec cognatio ante oculos est, quod illa communis sententia, quâ omnes, quae metaphysice existant, ex absoluta quadam intelligentia derivantur, et in qua omnes pantheistae idealistici

una cum cabbalistis consentiunt, in duobus systematibus modo nominatis, sicut in philosophia cabbalistica, sensum emanativum accipit. Praeterea inter Neo-Platonismum Alexandrinum et cabbalismum ea intercedit similitudo, quod 1) in utroque systemate tria divina principia sumuntur: in uno: absolutum Unum, prima intelligentia, prima anima, in altero: senex senum sive occultus occultorum, Adam Kadmon, decem numerationes; 2) in utroque mundus intelligibilis atque sensibilis accipitur. Quod vero ad specialem inter doctrinam Fichtianam Hegelianamque et cabbalisticam similitudinem pertinet, omnes in eo consentiunt, quod 1) cogitationem sive ideam proprium esse mundi creatorem, 2) cogitationem sive ideam non modo in Absoluto sive deo sed etiam in hominibus quâ entium caput manifestari docent; praeterea doctrina Hegeliana cum cabbalismo hoc habet commune, quod 1) ut hic, etsi alio sensu, Absolutum sive deum nihilum vocat, 2) in rerum natura graduum systema agnoscit.

Restat ut ad pantheismum dualisticum veniam. Qui cum philosophia cabbalistica in eo consentit, quod utrumque systema 1) mundi sensibilis non minus quam mundi intelligibilis realitatem agnoscit, 2) amborum mundorum realitatem in Absoluto sive deo ad unitatem atque identitatem coniunctam esse contendit. Haec vero cognatio crescit, si duarum pantheismi dualistici formarum, quas supra descripsi, Spinozismi atque identitatis systematis recentissimi ratio habeatur. Nam inter Spinozisticam atque cabbalisticam philosophiam haec etiam intercedit cognatio, quod 1) illius naturae naturanti et naturae naturatae huius occultus occulorum et Adam Kadmon, 2) illius attributis huius numerationes, 3) illius substantiae infinitae huius En-soph, 4) illius saepissime usitato verbo „quatenus“ huius et ipsum saepissime praecipue in libris Soharicis usitatum „a latere“ sive „a parte“ (מסתרים) respondere videantur; ut taceam de eo, quod Spinoza ipse (Eth. P. II. Propos. VII. Schol.) de Hebraeorum doctrinae cum sua

cohaerentia commemorat. Quod ad doctrinam Schellingianam autem attinet, haec praeter alia hoc cum cabbalismo habet commune, quod communiter de Universi potentiis loquuntur; Schellingii enim potentiarum inter se relatio eadem fere esse videatur, atque mundorum quattuor cabbalisticorum. Praeterea sicut cabbalismus, ut iam memoratum est, modo deum sive En-soph, modo res finitas nihilum vocat, ita Schellingius quidem entia finita, eius autem discipulus Oken Absolutum ipsum nihilum dicit \*). Denique et Spinoza et Schellingius una cum cabbalistis docent, summum esse bonum, deum cognoscere atque amare.

---

\*) Huc etiam pertinent multa illa „latera“, quibus ex Schellingii temporibus res donatae sunt, et quae nihil aliud esse videantur nisi cabbalisticum illud „a latere“ (מסמרא) et Spinozisticum „quatenus“ in recentiorem linguam conversum. Ac fortasse etiam Schellingii de luce doctrina cum philosophia cabbalistica cognationem quandam habet, praesertim respectu eius, quam supra secundariam nominavi. (Conf. cap. seq.).

---

## Caput secundum.

*Inter philosophiam cabbalisticam et pantheismum  
differentia.*

**P**ostquam capite antecedenti multis inter philosophiam cabbalisticam et inter pantheismum in universum atque separatim inter singulas eius tres formas intercedentibus similitudinibus videre licebat, quomodo fieri potuerit; ut tam saepenumero una doctrina cum altera permisceretur, nunc tandem aliquando ad alterum mei libelli consilium perficiendum venio — primum enim iam sectione prima adeptus esse mihi videor —, scilicet ad essentialam inter illa systemata discrepantiam, quoad eius fieri poterit, breviter ostendendam itaque unam ab altera disciplina plane internoscendam.

Si philosophiam cabbalisticam, ut multi alii fecerunt, ceteris emanationis systematibus adscriberem, eam ab inhaerentia certe systemate sive a pantheismo κατ' ἐξοχήν

eodem modo distinguere possem, quo doctrina emanativa in universum ab hoc pantheismo stricte dicto distingui solet. Dicerem enim cum illis, praecipue cum saepe memorato Iaesche (in libro, qui est de pantheismo), inter cabbalismum tamquam emanationis systemati adnumeratum et inter pantheismum proprium hoc praeprimis interesse, quod 1) ille Infinitum ex se exiisse et sic rebus finitis originem dedisse doceat, hic contra entia finita inde ab aeternitate in Infinito Absolutoque fuisse neque usquam nisi in deo existere posse contendat; 2) ille igitur omnia ( $\pi\acute{\alpha}\nu$ ) ex Uno ( $\xi\nu$ ) paullatim tantum per continuam quandam gradationem proficiscentia sequè explicantia faciat, hic autem omnes causas transitorias, secundarias remotasque funditus repudiet, ita ut Unum ( $\xi\nu$ ) numquam atque nusquam sine omnibus ( $\pi\acute{\alpha}\nu$ ) esse posse censeat; quod uno verbo 3) ille, ut in universum omnia emanativa systemata, formam dei sensim sensimque ad eius essentiam accedentem fingat, hic contra in deo neque essentiam sine

forma, neque formam sine essentia esse posse dicat; quod ergo denique 4) ille singularum mundi creaturarum individualitatem concedat itaque inter deum et mundum discrimen reale recipiat, hic vero hoc nullum esse putet. Sed vero quum iam Augustinus recte de emanatismo animadverteret, ex deo nihil emanare posse, nisi deum ipsum: illa differentia non essentialis, verum potius verborum tantum subtilitas esse videatur. Revera enim in emanationis systematibus, sicut in proprie dicto pantheismo, dei ad mundum relatio non aliter nisi unitatis identitatisque relatio cogitari potest; etiam hîc deus causa mundi immanens est; etiam hîc denique sententia illa pantheistica valet, quâ, quemadmodum sine deo nullus sit mundus, ita sine mundo nullus esse possit deus. Quum igitur inter emanationis systemata et inter proprium pantheismum nullum essenziale intercedat discrimen — id quod celeb. Iaesche acutissime ostendit —, quumque ex hac ipsa causa omnia systemata sive inhaerentiae

sive emanationis, dummodo realem inter deum et mundum discrepantiam negent, in sectione secunda pantheistica nominarim, et hoc modo variarum eius formarum descriptionem integram me ibi composuisse crediderim: necesse est, ut philosophiam cabbalisticam ab omni pantheismo, sive inhaerentiae sive emanationis — hanc enim utramque formam pantheismum vocari una cum illo auctore pervelim — prorsus vindicem alio et quidem hoc modo.

Quum in hac altera nostrae comparisonis parte (sicut capite antecedenti in priore parte, scilicet de similitudine) etiam de ea tantum philosophia cabbalistica rursus loquamur, quae supra ut primaria ex veterum librorum cabbalisticorum locis perspicuis proposita est, discrimina essentialia inter illam atque omnem pantheismum (sive immanentiae sive emanationis) intercedentia haec fere sunt:

1) Cabbalismus realem inter deum et mundum differentiam agnoscit; pantheismus



vero, si recte intelligatur, illam plane negare debet.

2) Cabbalismus mundum quidem sine deo neque esse neque cogitari posse, deum autem sine mundo esse, et revera ab aeternitate ante mundum conditum fuisse docet; pantheismus contra neque deum sine mundo neque mundum sine deo esse posse, sed entia finita ab aeternitate in Infinito sive deo fuisse et esse putat.

3) Secundum philosophiam cabbalisticam deus vera est intelligentia, summo intellectu summaque libertate praeditus; secundum pantheismum contra deus non nisi caeca rerum radix est, quae omnia ex naturae suae necessitate agit.

4) Unde sequitur, ut ex cabbalismo deus et se ipsum et entia, quae sint praeter se, noverit, atque omnino propter sui conscientiam personalis sit; ut vero ex pantheismo deus neque se neque aliud cognoscat, atque omnino sit impersonalis.

5) Denique ex mente cabbalistarum deus per se incomprehensibilis est: ex mente

vero pantheistarum homo de illo directam cognitionem habet.

Haec omnia, quae modo dixi, ex mea et philosophiae cabbalisticae et pantheismi supra facta descriptione tam clare elucet, fere ut, de hac re amplius aliquid dicere, supervacaneum mihi esse videatur. Quod enim ad philosophiam cabbalisticam pertinet, supra diserte doctum est: deum ante mundos manifestatos solum fuisse absque forma et similitudine (v. ib. en. I.): porro, si diluvio quodam omnes mundi exstinguantur deleanturque funditus, ad deum hoc nihil pertinere (ib. en. IV.): tum, eatenus tantum dici posse, deum esse omnia, et omnia deum esse, quatenus omnes mundi ante creationem in cogitatione dei sive *roñ En-soph* siti fuerint, et hac ipsa cogitatione, qua omnino nihil in deo reperiatur excelsius, omnia facta sint (ib. en. IX.): denique, per decem illas numerationes (*Sephiroth*), quae nihil aliud nisi decem attributa operativa sunt, deo adscribi debere voluntatem liberam, intelligentiam, sapientiam, omniscientiam,

omnipotentiam etc. (ib. en. XI — XVII.). Falsum igitur est quod Bruckerus, laesche alique de cabbalismo dixerunt: scilicet quod hic ab omni materialitatis notione purgari non possit, quum in lucis expansionis et contractionis legibus necessariis innitatur. Nam cabbalistas de luce symbolice tantum loqui, et ex veteribus scriptis (v. supra en. XXII.) et ex recentioribus, praecipue Irirae, manifestum est, qui posterior plane dicit: in divinitate nihil esse materiale nec quidquam corporeum; et quidquid inibi dicatur modo loquendi materiali et corporeo, allegoricum esse et figuratum. Rem autem longe aliter in pantheismo se habere, quis est, qui dubitet? Secundum enim pantheismum, sive materialisticum, sive idealisticum, sive dualisticum, deus sine entibus finitis prorsus nihil est, atque omnino nihil aliud nisi summa omnium rerum sive cogitantium sive materialium sola esse videatur. Nam sive deus quâ vivendi principium materiae inhaeret, ut Ionici philosophi, Aristoteles, Stoici, Iordanus Brunus

docent, sive absoluta idea est, ex qua omnia derivantur, ut Plotinus, Indi, Fichtius, Hegelius volunt, sive denique mundi sensibilis atque intelligibilis unitas est identitasque, ut Spinoza et Schellingius aiunt, haec tota tamen doctrina purus empirismus, sive potius naturalismus sive aliud quidpiam huius generis est, quum deus ita se manifestet, ut oculis nostris videmus. Quoniam igitur deus cum natura sive cum mundo identificatur, nullo modo fieri potest, ut in tali systemate de divina voluntate, intelligentia, personalitate sermo esse queat; nisi forte de verbis et non de rebus disputetur.

Quaecunque etiam hîc amplius dici possunt, ex capitibus sequentibus demum, propter loci angustias, liquere poterit.

---

### Caput tertium.

#### *Philosophiae cabbalisticae diiudicatio.*

**U**bi philosophici cuiusdam systematis interpretationes tam variae tamque inter se discordes sunt, quam in philosophia cabba-

listica, ibi sane mirum non est, quod iudicia etiam de ea fiunt diversa atque discrepantia. Modo enim Iudaei hanc doctrinam tanti existimant, ut neminem ad summam felicitatem pervenire eiusque supremo gradu potiri posse statuunt, nisi etiam mysticam illam sapientiam teneat; modo etiam — id quod praecipue non multo post restauratas litteras factum est — Christiani reperiuntur, qui de origine Cabbalae persuasi, nunc latere in ea pleraque Christianae religionis mysteria, nunc Christiana dogmata ex ea vel demonstrari vel confirmari posse credunt. Alii tamen longe aliter de Cabbala statuunt. Nam aut obscuritate insuperabili, confusione, symbolorum allegoriarumque multitudine in scriptis cabbalisticis regnante commoti, omnem eam pro otiosis ingeniorum nugis habent, aut denique tam longe procedunt, ut, velut praeprimis Henricus Morus in fundamentis philosophiae Aëtopaedomelissaeae et Wachterus in Spinozismo Iudaico, in systemate cabbalistico latere semina impietatis et atheismi asserant,

Ut igitur haec duo vitia extrema evitemus, in philosophia cabbalistica doctrinam primariam accurate a secundaria internoscere debemus. Doctrina autem primaria (ut ea, quae iam supra memorata sunt, iterum repetam) ea est, quae ex veterum scriptorum perspicuo verborum sensu prodit, et cum qua etiam recentiores cabbalistae plerumque consentiunt; secundaria contra ea, quae et imaginum allegoricarum copia in omnibus fere scriptis cabbalisticis sese offerente et multis, a recentioribus commentatoribus veteri doctrinae afflictis, alienis hypothesibus orta est. Haec quidem mihi unica via esse videatur, ut ex hoc labyrintho exeamus. Et quum hanc utramque doctrinam cabbalisticam in prima sectione iam descripserim, facile est de eius praestantia, dignitate usuque aliquid proponere.

Quod enim primum ad doctrinam cabbalisticam primariam pertinet, quippe quae omnino proprium Cabbalae argumentum atque fundamentum contineat, tria sunt, quae, ut in universum in unoquoque alio

systemate philosophico fieri necesse est, in illa diiudicanda observari debent: 1) in quali principio nitatur, 2) num in se consequentem habeat cohaerentiam, 3) num animi humani indigentiae satisfaciat. Huic vero iudicandi rationi sceptico-criticae nostra enuntiationibus XXIV. supra proposita Cab-bala primaria hoc modo respondet. Nam si primum ad principium respiciamus, a quo cabbalismus proficiscitur, manifestum est, eum, ut omnia systemata theosophica, a principio reali quodam, et non a cognoscendi principio exiisse; quasi realia sint primaria in nostra experientia, et non potius phaenomena quaedam, quae nobis occurrunt tamquam unici realium et actualium indices. Realia non prima sed postrema sunt in humana scientia. Si enim sua sponte nobis offerrentur, omnis philosophia super-vacanea esset; quum autem res longe aliter se habeat, et quum experientia, qualis nobis apparet, contradictiones in se complectatur, has investigare, detegere, solvere denique summa est philosophiae occupatio,

quâ. demum fieri potest, ut realia atque actualia adipiscamur quodammodo. Ergo principii philosophandi respectu cabbalismus, ut omnia alia systemata religioso-philosophica, peccare videatur. — Quod porro ad consequentem in se cohaerentiam attinet, fieri fortasse potest, ut primo quidem conspectu nonnulla quaedam dogmata cabbalistica, inprimis prout in libris Soharicis existant, sibi invicem repugnent. Sed quum loci clariores eliguntur, et quum loci obscuri imaginibus nudantur et ex illis explicantur, tum ea doctrina nascitur, quae, ut supra est descripta, non modo cum Iudaica religione, sed etiam cum omni de creatione disciplina theologica convenit. Nam etiam cabbalistae, si eorum expressiones in recentiorum theologorum Christianorum dicendi genus convertantur, attributa divina quiescentia ab operativis distinguunt. Illa enim, nimirum unitas, simplicitas, infinitas, independentia, deo eatenus adnumerantur, quatenus est incomprehensibilis, et propterea a cabbalistis occultus



occultorum sive senex senum vocatur (v. supra en. IV—VII.). Quatenus autem deus mundi est causa, et propterea causa causarum sive principium principiorum nominatur, ei decem numerationes, id est, ea attributa induntur, quae, operativa appellata, in omniscientia, intelligentia, sapientia, voluntate etc. consistunt; haec autem omnia attributa operativa Adam Kadmon repraesentat, qui est tamquam deus manifestatus et proprius mundi creator; in quo tamen notandum est, hanc notionem *אדם קדמון* Adam Kadmon auxiliarem tantum esse eo consilio, ut deo, qui est per se incomprehensibilis hominibusque occultus, certa quaedam attributa, operativa scilicet, quae in rerum universitate manifestata sunt et quotidie manifestantur, certe *κατὰ ἀνθρώπων* adscribi possint. In deo igitur, quippe qui sit vera intelligentia, omnia quae sunt et esse possunt, id est rerum natura universitas, tamquam cogitatio existunt, et ab aeternitate existebant, ita ut omnia eatenus huic Uni sive deo inhaereant, quatenus idealem sive in-

telligibilem in deo habeant existentiam. Ut vero haec existentia idealis fiat obiectiva, divina voluntate, quam coronam nominant cabbalistae, opus est. Hoc modo ergo deum existere posse sine rebus creatis, has autem mero nudoque arbitrio eius (qui sit benedictus!) productas esse fatendum est. Quapropter cavendum est, ne per emanationem divisio essentiae divinae intelligatur; haec potius emanatio, ut loquitur Irirā, constitutio est de non esse in esse, adeoque notio ista alio longe sensu, quam alias fieri solet, accipienda est \*). Hunc tantum cabbalistarum certe veterum omniumque recentiorum Iudaicorum sensum esse, is sane negare non potest, qui eos omnem in eo locare operam, ut deum ab omnibus, quae ex eo dependent, distinguant, et unitatem

---

\*) Idcirco ex deo emanasse (אצילות) eandem habet significationem atque 1. ep. ad Cor. 8, 6. et ep. ad Rom. 11. 36. verba *ἐκ Θεοῦ*, quae, ut saepe, auctorem modo significant. Quod idem rabbinicum illud, nominatim etiam apud Maimonidem (in libro *More Nevochim* p. 2. c. 11. et 12.) effundi ex deo (נצח) exprimere videtur.

dei in tuto collocent, secum cômputat. — Quae quum ita sint, facile est iudicare, in tali systemate, quod, etsi omnium rerum in deo immanentiam prae se ferens, tamen ab omni non modo atheismo, sed pantheismo quoque vehementer abhorret, indigentiae animi humani copiose satisfieri. Et revera in ea doctrina, ubi — cabbalismum enim puto — deus scit quidem entium finitorum imbecillitatem sed non possidet, omnes sublimiores notiones, bonum et malum discernendi libertas, compensatio, immortalitas etc. tutae sunt. Sed haec hactenus.

Restat ut de Cabbala secundaria pauca addamus, quam secundum antecedentia non difficile est iudicari. Quod enim ad eius primam rationem attinet, qua adulterinae quaedam hypotheses veteri cabbalismo affectae sunt, inutile est, de ea multa loqui, quum et toti Iudaeorum doctrinae et praecipue menti cabbalistarum valde repugnet; id quod exempli gratia respectu Henrici Mori, Helmontii aliorumque similium auctorum, in capite tertio primae sectionis huius

libelli videre licet. Atque omnino, postquam verum cabbalistarum sensum ex verbo supra satis superque me proposuisse putaverim, aliena quaedam systemata, quae Cabbalae nomen habent, atque illi prorsus contradicunt, neque ad nos neque ad rem pertinere possunt. Quod denique ad alteram Cabbalae secundariae rationem pertinet, quae ad formam librorum cabbalisticorum, nominatim ad multa illa symbola atque allegorias, quas supra memoravi, spectat, haec nihil aliud nisi Orientalibus propria philosophandi methodus est, quae, si explicetur, nullo modo verae cabbalistarum menti repugnare debet. Praecipue iterum iterumque moneo, cabbalistas de luce allegorice tantum loqui; id quod, praeter alios locos innumerabiles, ex Soharicis verbis videre licet, ubi (v. Soh. p. 1. f. 23. c. 1. et supra) lucem ad deum eandem fere habere relationem, atque corpus ad animum, aperte legitur. Profecto autem lux idcirco tam saepe usurpata est, quod, quum et se et alia collustret, omnium rerum sensibilibus

aptissima est ad mundi cum deo cohaerentiam entiumque singulorum gradationem continuam quodammodo significandam; id quod nuper etiam a Rabbi quodam Regiomontano, quicum nonnumquam de Cabbala disputavi, me audivisse religiose confirmare possum. Valde ergo haec de luce doctrina ab alia quadam, nominatim a Schellingiana abhorret, quâ lux omnium rerum mater appellatur. Eodem modo illa sententia falsa est, quâ omnia, quae sunt, spiritum esse docetur. Quod quidem, quatenus omnia in deo Iem in deo habent existentiam, eatenus fortasse verum est; non autem eatenus, quatenus illa arbitrio divino obiectiva facta est, quum potius hoc respectu et matèriæ et spiritus existant (v. supr. en. XXIII.).

Attamen hoc systema cabbalisticum, quamquam purissimam de deo et homine notionem praebet, et propterea etiam, si hoc modo linguae non vis afferatur, maiore iure quam Mendelsohnus de Spinozismo fecit (in libro: Morgenstunden) pantheismus purgatus vocari potest, tamen eleganti

exemplo enthusiasmi philosophici importunitatem atque inutilitatem vivis depingit coloribus.

---

## Caput quartum.

### *Pantheismi diiudicatio.*

Ad pantheismum, hunc germanum Proteum, iudicio quodam persequendum, eius et definitionem, quâ deus sine mundo esse non possit, et trium formarum, nempe materialisticae, idealisticae, dualisticae descriptionem brevem quidem sed integram, quae utraque est supra sectione antecedenti proposita, memoria teneri necesse est. Et hîc quoque, sicut in cabbalismo diiudicando, tria sunt, quae respicienda crediderim: 1) a quo principio pantheismus proficiscatur, 2) num contemplationi theoreticae, 3) num denique practicae satis faciat. Atqui hoc iam primo conspectu intelligi potest, quod omnis pantheismus in universum, ut cabbalismus, in eo peccare debeat, quod omnem philosophiam ab uno et quidem rursus

reali principio derivat. De hac re tamen iam capite antecedente satis dictum est; ergo ex duabus tantum postremis rationibus singula systemata pantheistica, prout supra sunt ordinata, quam breviter potero, iudicaturus sum.

Ut primum, igitur pantheismi materialistici ratio habeatur, omnes eius formae, quaecunque harum diversitas esse potest, hoc tamen inter se habent commune, quod omnia realia et idealia ab inerti quodam materia tamquam principio ex quo, atque a vi quadam primaria illi materiae tamquam principio per quod inhaerente derivare conantur. Etiam si vero per hanc vim primariam modo ex mechanicis et chemicis legibus efficiens movendi facultas, modo universale vivendi principium, modo vivendi et simul intelligendi principium, modo denique ex legibus moralibus agens potentia intelligatur, tamen haec vis primaria, quamquam animae mundi, imo dei nomine significatur, a materia ipsa nomine tantum, non vero re differre videatur; praesertim si consideramus, hunc deum,

qui nihil nisi rerum forma est, non causam sed effectum rerum finitarum esse posse, id est, sicut Iordanus Brunus ipse, hic perfectissimus fere hylozoista, aperte docuit, materiam omnium formarum generatricem esse. Sed nemo ex hac doctrina intelligere potest, quomodo ex hac rerum radice caeca omnis in mundo regnans ordo, harmonia, consilium deduci queat; ut alias permultas quaestiones theoreticas praetermittam. Ut enim, ex nostro ordine in pantheismo describendo supra facto, a Thale ordiamur, hic philosophus, quamquam secundum Ciceronem aquam rerum tantum initium, deum autem eam mentem dixit, quae ex aqua cuncta fingeret, et secundum Aristotēlem omnia deorum esse plena docuit, tamen his verbis nequaquam deum praeter materiam statuere voluit, sed merum vivendi principium organicum. Et eodem modo secundum Anaximandrum, etsi inter materiam primam et vim primam discrimen intercedere nullum dixit, tamen, si eius doctrina accurate intelligatur, deus a parte substantiae



suae prima materia, a parte autem causalitatis suae aeterna, huic primae materiae inhaerens, movendi potestas est, ita ut illa tamquam corpus, haec Universi sit anima. Tum etiam Anaximenes a Thale eatenus tantum differt, ut loco aquae aërem primam substantiam esse dicat; consentit autem cum illo in eo, quod deus primaria est vivendi facultas, cui omnes res vitam suam debent, quae vita igitur in omnibus rebus etsi diverso gradu reperitur. Quod idem fere iudicium respectu theologiae de Heraclito fieri debet. Verum quidem est, in Heracliti cosmogonia duas esse cogitationes, quae respectu ceterorum Ionicorum philosophorum novae atque originales appellari debeant: unam, quâ omnia fluant, id est omnia absolutum aeternumque fieri exprimant, ita ut in rerum natura neque quies neque institio esse possit; alteram, qua mundi anima summa sit intelligentia. Sed haec intelligentia universalis est (*κοινὸς λόγος*), et, quamquam omnis veritatis fons habetur, tamen nihil aliud esse videatur nisi ex legibus physi-

cis intra mundum efficiens vis naturalis, quae absolutae necessitati, sive fato (*εἰσαγωγή*) totū absoluti fieri subiecta sit.

Atque Aristoteles, etiamsi in rerum natura considerata viam illam hyperphysicam Ionum desereret, atque per Socratem monitus, ut philosophia e coelo ad terram revocanda esset, iure optimo ab experientia proficisceretur, tamen eateus rursus eodem recurrit, quatenus respectu de deo doctrinae et ipse, quamquam alia methodo, pantheismum materialisticum sive hylazoisticum composuit, qui nomine tantum sed non re ab aliis antecedentibus distingui potest. Nam etiam secundum eius theologiam deus nihil aliud est, nisi intra mundum efficax motus principium, quod est simul vitae universalis principium, itaque omnino ad mundum eandem habet relationem atque formam. Unde huic doctrinae consentaneum erat, Stratonem aperte dixisse, omnem vim divinam in natura sitam esse, quae causas gignendi, augendi, minuendi habeat, sed careat omni sensu ac figura.

Quid porro dicam de Stoicis, quorum auctor Zeno, quamquam Heracliti de mundi anima notioni, tanquam intellectui universali (*κοινὸς λόγος*), etiam omnis in mundo ordinis moralis principium adiunxit, tamen deum non extra naturam sive praeter naturam, tanquam ab aeterna materia prima seiunctum, qualis *νοῦς* Anaxagorae est, sed eam mundi animam statuit, quae omnibus ad unam rebus existentibus inhaereat et vinculo inseparabili cum materia ad unitatem consociata sit? Quid denique de Iordano Bruno, qui diserte docet, materiam omnia esse omniaque fieri, et quum et sensibiles et intelligibiles substantias producat ex sese, Unum absolutum efficere, quod sit immortale atque infinitum Universum? Num omnino haec omnia systemata materialistico-pantheistica, praeterquam quod ad naturae phaenomena explicanda parum conferunt, ab absolutae necessitatis notione liberari possunt? Nonne omnia gravissimo quodam fatalismo gubernantur? Nam ubi omnia ex elementis sese explicant; ubi omnium essen-

tiarum prima ex eorum potentia agit: ibi revera nihil nisi caecum fatum regnare potest.

Si nunc ad pantheismum idealisticum diiudicandum transgredimur, facile concludi licebit, omni fere, quae modo dicta sunt, in novam tantum formam hinc esse mutata. Quod enim primum ad Indorum philosophiam, quae supra est secundum Oupnekhas quâ emanativus pantheismus idealisticus breviter descripta, praetermissis iis omnibus in universum, quae contra omnem idealismum dici possunt, hoc unum tantum considerari velim, quod, quemadmodum in pantheismo materialistico deus nihil nisi forma mundi esse putatur, ita contra in hac doctrina mundus forma sit dei sive Brahmae. Sicut autem, secundum hanc philosophiam, singulis creaturis, tamquam solis idealibus repraesentationibus dei sive Brahmae, nullum proprium esse atque existere inest, ita etiam actiones talium impersonalium substantiarum non proprie ipsarum sed modo earum creatoris actiones esse possunt, qui, quemadmodum

omnia est in omnibus, sic etiam omnia in omnibus efficit atque peragit. Unde Ssufiorum illud „nulla actio e nobis venit; quid igitur malum, quid bonum?“ (vid. Ssufismum Tholuckii.). — Atque nihilo minus fatalisticum imo atheisticum Plotini systema esse videatur. Nam eius principium primum absolutum neque cogitans est neque cogitatum, neque subiectum neque obiectum, sed inanis quaedam indifferentia. Plotinus igitur, si consequens est, caecum fatalismum docere debet, quum mundi constitutio, cuius prima causa absoluta optioneque carens necessitas est, caecam etiam necessitatem sequatur, ita ut eius, quod videtur religiosum, systema revera a Stratonica et alia unaquaque mera necessitate naturali nihilo differat. Cur enim deum honoremus atque adoremus, quī, quod facit, facere debet? Quo mundi gubernatori servire, cuius essentia sine ullo arbitrio et consilio eum ad agendum impeilit?

Eodem modo idealismum, quem recentiore tempore Fichtius ad summum fastigium

adduxit, iudicari oportet. Nam praeterquam quod notio *totū* ego, in qua hoc totum systema nititur, quocunque modo consideratur, realis cuiusdam qualitatem directe exprimere non potest; praeterquam quod etiam haec doctrina, ut Plotinismus aliaeque recentiores de Absoluto disciplinae, ab intuitione quadam intellectuali imaginaria tantum proficiscitur; praeter denique alia multa, quae contra dici possunt: hic idealismus, sive in forma primaria quā subiectivus, sive in posteriore qua obiectivus, nihil aliud est, nisi — ut Iacobi praestantissime eum appellavit — Spinozismus conversus. Secundum enim huius novi pantheismi idealistici de deo opinionem, hic sane, quippe qui sit purum ego, et in hominibus tantū modo empirico manifestetur, eodem modo necessario impersonalis quaedam essentia esse debet, quo deus Spinozisticus; quum purā conscientia numquam ad conscientiam pervenire possit. — Doctrina porro Hegeliana nihilo est melior antecedenti. Nam praeterquam quod totum systema falsa quadam di-

visione trichotomica gubernatur; praeterquam quod nihil aliud nisi Fichtianismus in aliam linguam conversus est \*); praeterquam denique quod hîc, ut apud Spinozam, Schellingium aliosque similes, Scholasticum illud fundamentum dominatur, quod esse ex essentia atque existentia compositum est, et hac ratione via Kantiana, quâ notio *von* esse rectam suam significationem adepta est, rursus est relicta: etiam hoc modo deus nihil est, nisi idea absoluta sive purum esse sive nihilum, quibus notionibus omnis religio vera omnisque vera doctrina moralis totum suum pretium amittere videantur. Sed haec hactenus.

Superest ut de pantheismo dualistico iudicium quoddam faciamus. Quod igitur primum ad Spinozismum attinet, multa sane vituperanda sunt. Ut enim taceam 1) quod statim prima systematis verba: „Per causam

---

\*) Conf. diiudicationem libri Hegellani: *Encyclopädie der philosophischen Wissenschaften*, a cel. Herbart factam in: *Philosoph. Z. B.* Januar. 1831.

sui intelligo id, cuius essentia involvit existentiam; sive id, cuius natura non potest concipi, nisi existens.“ (Eth. p. 1, def. 1.) Scholasticae illae, quae modo est memorata, consuetudinis actualitatem ex possibilitate et complemento quodam componendi admo-  
 nent; 2) quod nusquam reperitur realitas, quum Infinitum possibilitas tantum sit rerum finitarum, hae autem illius solum modificationes sint; 3) quod Infiniti cum entibus finitis cohaerentia non magis voce illa saepe usitata „quatenus“ comprehenditur, quam Schellingiana „copula“ aliisque similibus verbis: hoc sane unicum hâc teneri volo, quamquam Spinoza in unaquaque fere linea nominis dei mentionem faciat, tamen tantum abesse, ut sub eo vera sui consciens intelligentia subaudiatur, ut nihil nisi omnium entium finitorum summa, ideoque cum natura identificatus esse videatur. Inde „cogitatio et extensio attributa sunt dei;“ inde „voluntas et intellectus non naturae naturanti, sed naturae naturatae“ adscribuntur; inde porro „deus ex sola suae naturae ne-



cessitate agit;“ inde denique „quo magis quisque suum utile quaerit, eo magis virtute praeditus est.“ — Quod tandem ad Schellingianum identitatis systema attinet, quod cum doctrina antecedenti arctissime cohaeret, et quod equidem Spinozismum poeticum nominaverim, etiam hoc et theoretice et practice valde peccat. Equidem aliis permultis praetermissis, haec tantum hoc loco urgere conabor: 1) quod non ostenditur, quomodo spiritus humanus ad absolutae identitatis intuitionem absolutam pervenire possit, et quod potius haec absoluta identitas abstractionis cuiusdam rationalis cum actualitate permixtio est; 2) quod non perspicuum est, cur deus manifestari debuerit, et quidem sic, ut se manifestavit; 3) quod haec philosophia deum etiam cum natura identificat, imo deum ipsum caeco cuidam fato subiicit; 4) quod denique comprehendi non potest, quemadmodum in tali systemate libertas et actio moralis locum habere queat, quum omnis historia omnesque mundi mutationes non nisi divini

esse vicissitudines sint, et deus eodem modo sese manifestare debuerit, quo videmus. Quum autem semel per tales philosophos „vera rerum vocabula“ perdantur, mirum sane non est, quod recentissimi quidam theologi Christiani, ut Schleiermacher, Marheineke, Hase similesque, Schellingiano identitatis systemati et huius progeniei, Hegelianismo dogmaticam suam ecclesiasticam superstruxerunt; quum etiam illa philosophia pantheistica revelationem sive manifestationem in historia universali, divinum hominem in conscientiae divinae cum humana coniunctione, ecclesiam in unitatis spiritualis per varietatem explicatione, etc. habere sibi videatur \*). Quam parum autem hic verborum lusus cum vera ecclesiae doctrina conveniat, mihi quidem hoc loco disceptare non liceat.

Si igitur omnia, quae adhuc dicta sunt, memoria tenentur, facile potest concludi, omnem pantheismum sive materialisticum,

---

\*) Conf. tractatum additum libro: *Handbuch des Dogmatik* v. Bretschneider (Leipzig 1828).

sive idealisticum, sive dualisticum sive quocunque alio nomine vocatur, non nisi empirismum, imo naturalismum esse, ideoque nullo iure de deo divinisque rebus, de libertate, de bono maloque, de moralitate in universum loqui; nam omnes hae notiones secundum hoc systema proprie nihil sunt nisi „praeiudicationes.“ Quare hanc pantheismi diiudicationem epigrammate quodam germanico, quod olim in eius scriptis legendis feci, hoc modo finire liceat:

#### An die Pantheisten.

»Gott ist in Allem da, und Alles ist in Gott.«  
 Das saget Ihr gewiß Euch selber wohl zum Spott.  
 Ein Gott ist überall, ja das ist sonnenklar;  
 Doch Schade! man wird ihn — in Euch nur nicht gewahr.

---

## *Conclusio universalis.*

---

Omnia, quae in hoc libello proposita sunt, uno conspectu mecum computans, has breves enuntiationes ex iis collectas (quae cum Iacobianis, in Spinozismi descriptionis fine propositis, comparentur) hic scripturus sum.

### I.

Pantheismus est atheismus.

### II.

Philosophia cabbalistica, quâ primaria, purus est theismus; ergo etiam non est pantheismus.

### III.

Omnes contemplationes philosophicae, quae, ut cabbalismus et pantheismus, ab uno et quidem reali principio proficiscuntur, plus minusve vitiorum committant necesse est.

### IV.

Omnes considerationes religiosas non nisi partim indigentiae practicae mitigandae, partim theoreticae scientiae necessario supplendae esse debent.

---

---

**Regimentii Prussorum.**  
**Impressit Conradus Paschke.**

---









